

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sermones

Augustinus, Aurelius

[Basel], 1494-95

Sermones CXLI-CLX

[urn:nbn:de:bsz:31-306774](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306774)

Ser. C. XLI. Feria scda pasche: Ser. II

domini agnoscimus. Noluit agnoscī nisi
 ibi propter nos: qui non eum visuri eramus
 in carne: et tamen maducaturī eius carnem.
 Quisquis f̄ fidelis es: quisquis nō inaniter
 christianus vocaris: quisquis ecclesiam non
 sine causa ingrederis: quisquis verbum dei
 cū timore et spe audis: consolaf te fractio pa-
 nis: absentia dñi nō est absens. Habero fidē
 et tecū est quē nō vides. Illi qñ cū eis dñs lo-
 quebat nec fidē habebant: q: cū resurrexisset
 nō credebant: nec resurgere posse sperabāt.
 Perdiderunt fidē: pdiderant spem: ambula-
 bant mortui cū viuente: ambulabāt cū ipsa
 vita. Cū illis ambulabat vita: sed i eorū cor-
 dibus nondū erat vita. Tu vō si vis habere
 vitā: fac qd fecerūt vt agnoscas dñm: hospi-
 tio susceperūt. Similis em̄ erat dñs tanq̄ in
 longinqua pgenti: illi vō tenuerūt eū. Post
 ea q̄ venerunt ad locū quo tendebant dixe-
 runt: Jam hic nobiscū mane: declinauit in
 vesperā dies. Tene hospitē: si vis agnoscere
 saluatoē. Ad tulerat infidelitas: reddidit
 hospitalitas. Dñs ergo p̄sentauit seipsuz in
 fractione p̄nis. Discite vbi dñm queratis:
 discite vbi habeatis: discite vbi agnoscatis
 quādo maducatis. Morūt em̄ fideles aliqd
 qd meli⁹ intelligūt in ista lectione q̄ illi nō
 nouerunt. Dñs his cognitus est: et postea q̄
 cognit⁹ est nusq̄ cōparauit ab eis. Affuit cor-
 pore: dum tenebat fidē. Ideo em̄ dñs n̄ ab-
 sentauit se corpore ab omni ecclesia et ascen-
 dit in celū vt fides edificet. Si em̄ non nosti
 nisi qd vides: vbi est fides? Si autē credis et
 qd nō vides: cum videris gaudebis. Edifi-
 cat fides: q: reddidit species: veniet qd vide-
 mus. Veniet fratres veniet: vide quō te in-
 ueniat. Nam veniet qd dicunt homines: vbi
 est: quādo est: quomō est: quādo erit: quan-
 do venturū est. Certus esto veniet: non solū
 veniet: sed et si nolis veniet. Et qui nō credi-
 derūt: et magnū gaudiū eis qui crediderūt.
 Gaudebūt fideles: cōfundent infideles. Fi-
 deles dicturi sunt: H̄as tibi dñe: vera audī-
 uim⁹: vera credidim⁹: vera sperauim⁹: vera
 cernim⁹. Infideles autē dicturi sunt: Tūc est
 qd nō credebam⁹: vbi est qd illa q̄ legebant
 mēdacia purabam⁹? Ita fiet: vt cōfusiōi red-
 dat supplicū. Ibunt enim illi in cōbustionē
 eternā: iusti autē in vitā eternam.

XLI. Eodē die: de resurrectione: Ser. II

Resurrectio domini nostri iesu christi
 ex more legis his diebus ex omnib⁹
 libris sancti euāgelij. In hac lectioe
 animaduertim⁹ quomodo discipulos suos
 p̄ma membra sua herentes lateri suo obiur-
 gauit dominus iesus: quia quem dolebant
 occisum fuisse: nō credebāt viuū esse patres
 fidei: nōdum fideles magistri: vt crederet to-
 tus orbis terrarum qd p̄dicaturū fuerant: et
 p̄pter quod fuerant morturi: nōdum crede-
 bant. Quem viderāt mortuos suscitasse nō
 credebāt resurrexisse. Merito ergo obiurga-
 bant: ostēdebant sibi vt innotescerēt sibi qd
 esset p̄ seip̄os: quid futuri essent p̄ illū. Sic
 etiā petrus demōstrat⁹ est sibi quādo deum
 imminente passiōe p̄sumpsit: et veniente ipsa
 passione titubauit. Vidit se in se: voluit se i
 se: fleuit se in se: cōuersus est ad eum qui fece-
 rat se. Ecce isti nōdum credebant. Qualis il-
 li⁹ dignatio qui nobis dedit credere qd nō-
 dum videmus: non credimus verbis eorū:
 illi non credebant oculis. Resurrectio autē
 dñi nostri iesu christi noua vita: et vita est cre-
 dentiū in iesum: et hoc sacramentū est passi-
 onis et resurrectionis eius: qd valde nosse et
 agere debetis. Non enim sine causa vita ve-
 nit ad mortē. Nō sine causa fons vitę vnde
 bibit: bibit hūc calicē qd ei non debebat. Nō
 enim chusto debebatur mori. Unde venerit
 mors: originē ipsius queramus. Pater mor-
 tis peccatū est. Si enim nunq̄ peccares: ne-
 mo morerē. Legē dei: hoc est p̄ceptū dei
 cum conditione homo primus accepit: vt si
 seruaret viuere: si corrūperet morerē. Non
 sese credendo morturū fuisse qd dixerat qui
 legem dederat: inde mors: inde labor: inde
 miseria: inde etiā post mortem primā mors
 secūda est: post mortem temporalem: mors
 sempiterna. Huic ergo traditioni mortis ob-
 norius: his legibus inferni obstrictus nasci-
 tur omnis homo: sed propter illum hominē
 de⁹ homo factus est ne periret homo. Non
 enim legibus obstrictus venit: ideo dicitur
 in psalmo: Inter mortuos liber. Quez sine
 concupiscentia virgo concepit: quem virgo
 peperit et virgo permansit: qui vixit sine cul-
 pa: qui est mortuus propter culpā nō suam:
 Nam mortuus est propter nostram. Pena
 culpe mortis dominus iesus christus mori
 venit: peccare non venit: cōmunicando no-
 biscum sine culpa p̄nam et culpam: soluis

Luc. 24

Matth. 26

Ps. 87

Sancti Augustini de tempore.

et penam. Pena quā soluit quę nobis debebat post istā vitam. Ergo crucifixus est: ut in cruce ostenderet veteris hominis nostri occasum. Et resurrexit: ut in vita sua ostēderet nostrę vite nouitatē. Sic enim docuit doctrina apostolica: Traditus inquit est propter peccata nostra: et resurrexit propter iustificationē nostrā. Huius rei signū circūcisio data erat patribus: ut octaua die circūcideret omnis masculus. Circūcisio fiebat ex cutellis petrinis: quę petra erat christus. In ista circūcisione significabat expoliatio carnalis vite octauo die per christi resurrectionē: Septimū enim dies hebdomadis sabbato cōplet. Sabbato dñs iacuit in sepulchro: octauo autē die resurgēdo nos innouauit. Nos ergo octauo die resurgendo circūcidit: nos in ipso spe viuimus.

Col. 3. Audiamus apłm dicentē: Si cōresurrexistis cū christo. Quādo resurgemus qui nōdum mortui sumus? Quid est ergo quod uoluit dicere apłus: Si cōresurrexistis cū christo? Nūquid ille resurrexit: nisi prius mortuus fuisset? Uiuētibus loquebat: nōdum moriētibus iā resurgentibus. Quid sibi uult? Uidete quid dicat: Si resurrexistis cū christo: quę sursum sunt querite ubi christus est in dextera dei sedens: quę sursum sunt sapite: nō quę supra terrā. Adortui enim estis. Ipse dicit: Nō ego: sed tamē uerū dicit: Et ideo dico et ego: Credidit propter quod locutus sum. Si bene uiuim⁹ mortui suim⁹ et resurrexim⁹. Qui autē nondū mortuus est: nec resurrexit: male adhuc uiuit. Et si male uiuit: nō uiuit: Adortus ne moriatur. Quid est moriatur ne moriatur? Adortus ne damnet. Si resurrexistis cū christo: uerba repero apłi: quę sursum sūt querite ubi christus est in dextera dei sedens: quę sursum sunt sapite: nō quę supra terrā. Adortui enim estis: et uita uestra abscondita est cum christo in deo. Cū enim christus apparuerit uita nostra: tunc et nos cum illo apparebimus in gloria: hęc sunt uerba apostoli. Et qui nondū mortuus est: dico ut moriatur. Et qui adhuc male uiuit: dico ut mutet. Si enim male uiuebat: et tam male nō uiuit: resurrexit. Sed quid est bene uiuere? Que sursum sunt sapere: nō quę super terrā. Adiu terra es: in terrā ibis: Adiu lingis terrā? Amando terrā: lingis utiq; terrā: et efficeris eius inimicus: de quo dicit Psal.

Ps. 71. Et inimici eius terrā lingent. Quid erratis filij hominū? Quid estis filij dei? Filij hominū usq; quo graui corde: ut quid diligitis uanitatē et queritis mendaciū? Ad mendaciū queritis? Abundū. Beati esse uultis: scio. Da mihi hominē latronem: sceleratū: fornicatorem: maleficū: sacrilegū: omnib⁹ uitij iniquitatum: omnib⁹ flagitijs seu facinorib⁹ obutū qui nō uelit beatā uitā uiuere. Scio omnes uultis beate uiuere: sed unde homo beate uiuat: hoc nō uultis querere. Queris aurū: quia putas te de auro beatū futurū: sed aurū te non facit beatū. Quare queris mendaciū? Quare uis esse in isto seculo sublimat⁹? Quia honore hoim et pompa seculi putas te beatū futurū: sed pompa seculi nō te facit beatū. Quare queris mendaciū? Et quicquid hic aliud queris cū secularit queris: cū amādo terrā queris: propterea queris ut sis beatus. Sed nulla res terrena te faciet beatū. Quare nō cessas querēdo mendaciū? Unde ergo eris beatus? Filij hominū usq; quo graui corde: Nō uultis esse graui corde: qui terreno mendacio oneratis cor uestrū? Quousq; fuerunt graui corde homines? Anteq; ueniret christus: anteq; resurgeret christus: fuerūt hoies graui corde. Quousq; graui corde: ut quod diligitis uanitatē et queritis mendaciū? Uolētes beati esse: eas res queritis unde miseri sitis. Fallit uos quod queritis: mendaciū est quod queritis. Beatus esse? Ostēdo tibi si uis. Unde habes beatus esse? Sequit̄ ibi: Usq; quo graui corde: ut quod diligitis uanitatē et queritis mendaciū? Scitote. Quid? Quā dñs magnificauit sanctū suū. Uenit christus ad miseras nostras: esuriuit: sitiuit: fatigatus est: dormiuit: mira fecit: mala passus est: flagellatus est: spinis coronatus est: sputis illitus: alapis cęsus: ligno fixus est: lancea vulneratus est: in sepulchro positus: sed tertia die resurrexit: finito labore: mortua morte. Ecce ibi oculos habete in christo resurrectione: quia ita magnificauit sanctū suū ut resuscitaret eum a mortuis: et daret ei honorem in celo sedenti ad dexterā suā. Ostēdit tibi quid debeas sapere si uis beatus esse. Hic enim beatus esse nō potes: quia nemo hic beatus esse potest. Bonam rem queris: sed terra ista nō est regio eius quā queris. Quid queris? Beatā uitam. Sed nō est hic. Aurum si quereres in illo loco ubi nō est: ille qui nouit: quia non est ibi: nōne diceret tibi: quod fodis: quod terram sollicitas? Fossam faciēs descendas: nō ubi aliquid inuenias: quid es respōsur⁹ admonenti te? Aurū quero. Et ille: Nō tibi dico: Ribil est quod queris: sed non est ibi quod

nitatē et queritis mendaciū? Ad mendaciū queritis? Abundū. Beati esse uultis: scio. Da mihi hominē latronem: sceleratū: fornicatorem: maleficū: sacrilegū: omnib⁹ uitij iniquitatum: omnib⁹ flagitijs seu facinorib⁹ obutū qui nō uelit beatā uitā uiuere. Scio omnes uultis beate uiuere: sed unde homo beate uiuat: hoc nō uultis querere. Queris aurū: quia putas te de auro beatū futurū: sed aurū te non facit beatū. Quare queris mendaciū? Quare uis esse in isto seculo sublimat⁹? Quia honore hoim et pompa seculi putas te beatū futurū: sed pompa seculi nō te facit beatū. Quare queris mendaciū? Et quicquid hic aliud queris cū secularit queris: cū amādo terrā queris: propterea queris ut sis beatus. Sed nulla res terrena te faciet beatū. Quare nō cessas querēdo mendaciū? Unde ergo eris beatus? Filij hominū usq; quo graui corde: Nō uultis esse graui corde: qui terreno mendacio oneratis cor uestrū? Quousq; fuerunt graui corde homines? Anteq; ueniret christus: anteq; resurgeret christus: fuerūt hoies graui corde. Quousq; graui corde: ut quod diligitis uanitatē et queritis mendaciū? Uolētes beati esse: eas res queritis unde miseri sitis. Fallit uos quod queritis: mendaciū est quod queritis. Beatus esse? Ostēdo tibi si uis. Unde habes beatus esse? Sequit̄ ibi: Usq; quo graui corde: ut quod diligitis uanitatē et queritis mendaciū? Scitote. Quid? Quā dñs magnificauit sanctū suū. Uenit christus ad miseras nostras: esuriuit: sitiuit: fatigatus est: dormiuit: mira fecit: mala passus est: flagellatus est: spinis coronatus est: sputis illitus: alapis cęsus: ligno fixus est: lancea vulneratus est: in sepulchro positus: sed tertia die resurrexit: finito labore: mortua morte. Ecce ibi oculos habete in christo resurrectione: quia ita magnificauit sanctū suū ut resuscitaret eum a mortuis: et daret ei honorem in celo sedenti ad dexterā suā. Ostēdit tibi quid debeas sapere si uis beatus esse. Hic enim beatus esse nō potes: quia nemo hic beatus esse potest. Bonam rem queris: sed terra ista nō est regio eius quā queris. Quid queris? Beatā uitam. Sed nō est hic. Aurum si quereres in illo loco ubi nō est: ille qui nouit: quia non est ibi: nōne diceret tibi: quod fodis: quod terram sollicitas? Fossam faciēs descendas: nō ubi aliquid inuenias: quid es respōsur⁹ admonenti te? Aurū quero. Et ille: Nō tibi dico: Ribil est quod queris: sed non est ibi quod

¶ queris. Sic et tu quando dicis: Beatus esse volo: bonam rem queris: sed non est hic. Si habuit illud hic christus: habebis et tu in regione mortis tuę. Quid ille inuenit hic attē de: veniens de alia regione: et quid inuenit nisi quod hic abundat? Adhuc dicitur: quod abundat in cella miserie tuę. Acetum hic bibit: fel hic habuit. Ecce quod in cella tua inuenit. Sed ad magnā mēsam suam te inuitauit: mēsam celi: mēsam angelorū: ubi ipse panis est. Descēdens ergo et ista mala inueniēs in cella tua: et non dedignatus est talē mēsam tuam: pmisit suam. Et quid nobis dicit: Credite credite vos venturos ad bonam mēsam meam: quādo nō sum dedignatus mala mēse vestre. Ab alū tuum tulit: et bonum suum dabit. Vitā suam pmisit nobis. Sed incredibilis est quod fecit. Adortē suam protulit nobis: tanquā diceret: Ad vitam meam vos inuito: ubi nemo mori: ubi nemo deficit. Ecce ad quod vos inuito: Ad regionē angelorū: ad amicitia patris et sancti spūs: ad cōgnam sempiternā: ad fraternitatem meam: postremo ad meipsum. Ad vitam meā vos inuito: non vultis credere: quia dabo vobis vitam meā. Tenete pignus: mortem meam. Adhuc cum in ista morte corruptibili viuimus: mori mutatione cū christo moriamur: a morte iusticie cū christo viuamus: beatam vitam nō accepturi nisi cum ad illū venerimus qui venit ad nos: et cum illo esse cōperimus qui mortuus est p nobis.

XLII Eodem die: Sermo III

¶ Alutis humane fratres charissimi et mundi rediuita libertas nō modica taxatione requirit: sed christi sanguine tempore. Sed quātū venerabilis diei huius officii credentib⁹ cōtulit gaudiū: tantū incredulis interitū portauit et luctū. Cōfert leticia christianis ex fide: ingerit penā iudeis despantib⁹ ex cruce. Illis iuria filij dei eternam contulit mortē: nobis ad perpetuā pmisit salutē. Quis rogo diuine pietatis excessus est: vel quanta amoris amplitudo monstrat? Ad hoc deus propter hominē perditū de celo voluit descēdere: nō vt honorē in mūdo accipere videret: sed vt suspēderet in cruce. Et dū voluit deceptū laqueis mortis eximere: ipsaz subire nō dedignatus est mortē. Et qualē mortē? Quę detestabilior omī mor-

te extitisset. Hoc apłus asseruerat dicens: ^{Phil. 2.} humiliavit inqt se vsq; ad mortē: mortē autem crucis. Unde post mortē victrix resurrectio parabat. Dicam⁹ fratres: hoc est dies quaz ^{Ps. 117.} fecit dñs: gaudeamus et epulemur in ea: hoc est pascha quod colim⁹: i hoc pegrinamur: hoc pteritū redit: hoc voluit in futurū.

Eodem die sermo: de Resurrectione corporum contra infideles: Sermo III C. XLIII

¶ Propria fides est christianorū: resurrectio mortuorū. Hanc in seipso: id est resurrectionē mortuorū caput nostrū christus ostēdit. Et exemplū fidei nobis pstitit: vt hoc speret mēbra in se quod pcessit in capite. Hesternō die vobis insinuauim⁹ sapientes gentium quos philosophos dicunt ipsos qui in eis excellentissimi fuerunt scrutatos fuisse naturā: et de operibus artificem cognouisse: prophetā non audierūt: legē dei non acceperūt: s̄ eis deus quodāmodo silēs ip̄s mūdi operibus loquebat: et ad eos ad quērendū artificē rerū: mūdi species inuitabat. Nec potuerūt in animū inducere: celū et terrā sine auctore constare. De his beatus paulus apłus ita loquit: Reuelat inquit ira ^{Ro. 1.} dei de celo sup omnē impietate. Quid ē sup omnē? Nō solū sup iudeos quod dei legē acceperunt et legis datorē offenderūt: verū etiā sup impietate gentiū reuelat ira dei de celo. Et ne quis diceret: quare cū ip̄i legem nō acceperint: secur⁹ adiunxit: Et iniusticia eorum quod veritate dei in iniquitate detinet. Itā tu responde: Quā veritate? Nō em̄ acceperunt legem: Nō em̄ audierūt pphetā. Audi quā veritate. Quā quod notū est inqt dei: manifestū est in illis. Unde manifestū? Adhuc audi: Deus em̄ illis manifestauit. Si adhuc quis: quō manifestauit quib⁹ legē nō dedit? Audi quō: Inuisibilia em̄ eius a cōstitutiōe mūdi p ea quę facta sunt intellecta cōspiciunt. Inuisibilia em̄ eius: hoc est inuisibilia dei a cōstitutiōe mūdi: id est ex quo cōstituit mūdū p ea quę facta sunt intellecta cōspiciunt: illa p hęc intellecta cōspiciunt. Sempiterna quę: verba apłi dico: ipsa attero: Sempiterna quę virtus eius et diuinitas subaudis: intellecta cōspiciunt vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? Quia cognoscētes deū non sic deū glificauerūt aut grās egerūt. Non dicis

Sancti Augustini de tempore.

nescientes deum: sed cognoscetes. Unde cognoscetes? Ex his quae fecit. Interroga pulchritudinem terrae: Interroga pulchritudinem maris: Interroga pulchritudinem dilatati et diffusi aeris: Interroga pulchritudinem caeli: Interroga ordinem siderum: Interroga solis fulgore suo clarificantem: Interroga lunam fulgore suo sequentis noctis tenebras tepantem: Interroga animalia quae mouentur in aquis: in terris: quae volant in aere latentes alas: perspicua corpora: visibilia regenda: inuisibiles regentes: Interroga ista: Respondet tibi omnia: Ecce vide pulchra sumus: pulchritudo eorum: confessio eorum est. Ista pulchra mirabilia quis fecit: nisi incommutabilis pulcher in seipso? Denique homines ut possent intelligere et cognoscere deum vniuersi mundi creatorem: in ipso homine interrogauerunt haec duo: corpus et animam: hoc interrogabant quod et ipsi gestabant: videbant corpus: animam non videbant. Sed corpus nisi de anima non videbatur. Videbatur enim per oculum: sed intus erat qui per fenestras aspicebat. Denique discedente habitatore faceret domus: Discedete qui regebat: cadit quod regebat. Et quoniam cadit: cadaver vocat. Nonne ibi oculi integri? Et si pateant nihil vident. Aures assunt: sed migravit auditor. Linguae organum manet: sed abcessit musicus qui mouebat. Interrogauerunt ergo ista duo: corpus quod videtur: et animam quae non videtur: et inuenerunt melius esse illud quod non videtur quam illud quod videtur: maiorem esse animam latentem: deteriorē carnem apparentem. Uiderunt ista: intuiti sunt: discussit utrumque: et inuenerunt utrumque mutabile in ipso homine. Mutabile corpus per gratias: per corruptiones: per alimenta: per refectioes: per defectioes: per vitas: per mortem. Transferunt ad animam quae utique comprehendit meliorem et inuisibilem mirabantur: et inuenerunt et ipsam mutabilem: modo velle: modo nolle: modo scire: modo nescire: modo meminisse: modo obliuisci: modo timere: modo audire: modo ire in sapientiam: modo in stulticiam descere. Uiderunt et ipsam mutabilem: transferunt et ipsam. Quaesierunt enim aliquid inmutabile. Sic ergo puenerunt ad cognoscendum deum qui fecit per ista quae fecit: Sed non sicut deum honorauerunt aut gratias egerunt: ut ipse dicit apostolus: Sed euauerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt. Et quo puenerunt? Et imutauerunt inquit gloriam incorruptibilis dei: in similitu-

dinem imaginis corruptibilis hominis. Idola dicit. Et parum erat facere idolum ad speciem hominis: et ad sui operis similitudinem addicere artificem: parum fuit hoc. Sed insuper quid? Et volucrum et quadruplum et serpentium. Omnia quippe ista quasi muta animalia et irrationabilia illi quasi magni sapientes deos sibi fecerunt. Reprehendebam quando adorabas imaginem hominis: quod tibi faciam quando adoras imaginem canis: imaginem colubri: imaginem crocodili? Peruenerunt usque ad ista. Quamquam gentes in superna euecti sunt: tantum cadentes in ima demersi sunt. Altius enim mergitur quod de alto cadit. Hi ergo sicut hodie vos comonui quae fuerunt quod postea: id est quod post hanc vitam sit futurum. Quaesierunt sicut homines: sed quae inuenirent cum homines essent: doctrinam dei non habuerunt: prophetas non audierunt: non potuerunt inuenire: suspicati sunt. Retuli beati vobis suspensiones illorum. Exeunt anime male inquit: et quia immunde sunt: continuo in alia corpora reuoluuntur. Exeunt anime sapientium atque iustorum: et quia bene vixerunt: volant ad caelum. Age bene: bene inuenisti illis locum: volantes ad caelum puenerunt. Et quod ibi? Ibi erunt inquit: et requiescent cum deis: Sedes eorum erunt stelle. Non malum habitaculum illis inuenistis: vel ibi illas dimittite: nolite illas deicere. Sed inquit: Post tempora longa facta penitus obliuione veterum miseriarum incipiunt velle reuerti ad corpora: et delectabit eas venire: Et rursus veniunt ad ista patienda: ad ista toleranda: ad obliuiscendum deum: ad blasphemandum deum: ad sequendas corporis voluptates: ad pugnas contra libidines. Veniunt ad istas miseras: unde et quae? Dic mihi quare? Quia obliuiscuntur: obliuiscuntur et delectatores carnis: hoc solum mali sui meminerunt unde ruerunt. Veniunt. Quare? Quia delectat eos rursus in corporibus habitare. Unde delectat eos: nisi per memoriam: quae ibi aliqui habitauerunt? Dele totam memoriam: et forte residua facies sapientiam. Nihil remaneat quod deuocet. Et horruit quidam auctor ipsorum cui demonstrabat vel qui inducebat apud inferos demonstrantem patrem filio suo. Hostis enim prope omnes haec: atque vix pauci noscerent. Sed pauci nostis in libris: multi in theatris: quae enee descendit ad inferos: et ostendit illi pater suus animas romanorum magnorum venturas in corpora: expauit ipse enee et ait: Quae patris an ne aliquas ad caelum hinc ire putandum est?

Ser. C. XLIII. Feria scda pasche: Ser. III

Sublimes alas iterūq; ad tarda reuertit Loz
pora. Sentendū ne ē inquit q; eant ad celū
iterū redeāt: Quē lucis miseris tā dira cu-
pido. Adeli° fili° intelligebat q; pater expo-
nebat. Respōdit cupiditatē aiay rursus i
corpa redire volētū. Dixit dirā cupiditatē:
dixit eas miseris: nec erubuit eas. Ad h° phi-
pdyristis: vt purgēt aīe: pueniāt ad summā
mūdiā: r p ipsā mūdiā obliuiscant oīa: r
p obliuioēs miseray redeāt ad miseras cor-
porū. Dicite obsecro: nōne etiam hęc si vera
essent inquā q; sine dubio falsa q; scda sunt:
nōne melius nescirent? An forte dicitur es
mibi: nō eris sapiēs si ista nescieris. Ut qd
illa scīa: possum ne esse mō melior: q; tūc ero
in celo? Si i celo qm̄ ero melior r pfectior: ob-
liuiscar oīa q; hic didici: r hęc ibi melior nesci-
turus sum? Sine modo illa nescire. In celo
habitantē dicis omnia obliuiscantē: sine in
terra esse horū omniū nescientē. Deinde ro-
go te: an sciant se iste aīe i celo passuras esse
rursus hui° vite miseras: an nesciūt? Elige
qd volueris. Si scīūt se passuras esse tantas
miseras: quō sunt beatę miseras suas futu-
ras cogitātes? Quomō sunt beatę: vbi sunt
sine securitate? Sz video qd eligas: Dicitur
es: nesciūt: Laudas q; ibi hanc ignoran-
tiā quā me nūc habere nō sinis: docēdo me
in tra: qd me nesciturū dicis i celo? Nesciūt
inquis. Si nesciūt r se non putant passuras
errādo sūt beatę. Q; em̄ passurę putāt se nō
passuras: qd falsū putare: qd ē aliud q; erra-
re? Erunt q; errore scīces: erūt beatę nō eter-
nitate s; falsitate. Liberet nos x̄itas vt bea-
ti vere esse possim: qm̄ nō vacat sermo redē-
prois nfi: Si vos fili° liberauerit: tūc v̄e li-
beri eritis. Ipse em̄ dixit: Si māseritis i ver-
bo meo: vere discipuli mei eritis: r cognosce-
tis veritatē: r veritas liberabit vos. Deinde
audite aliud peius: aliud dolendū vel poti°
irridendū: hic sapiēs: hic phus: hoc est i ter-
ra: verbi gfa: pythagoras: plato: porphyri°:
et nescio quis alius ipsozū. Quare philoso-
pharis? Propter inqt beatā vitā. Quā habe-
bis istā beatā vitā? Lū hoc corpus inqt reli-
quero i terra: mō ergo misera vita gerit: sed
spes est beatę vite: ibi beata vita gerit: sed
spes est miserę vite. Ergo si spes nre infelici-
tatis est felix: r felicitas infelix: abiciamus
hęc: r vel rideam: q; falsa sunt: vel doleam:
q; magna existimant. Sunt em̄ ista frēs mei
mag: magnoz delyramēta doctorū. Quāto

melius tenem? magnoz sacramenta docto-
rū? Amore corpoz dicūt redire alas purga-
tas mūdatis sapiētes: purgatas alas amo-
re corpoz redire ad corpa. Ergo aīa purga-
ta si sic amat: nōne amor iste magnę sunt sor-
des? Sed corpus est omne fugiendū: magn°
corz porphyri° philosophus: fidei christianę
acerrimus inimicus: q; iā christianis tpius
fuit: sed tñ ab ipis delyramētis erubescēdo:
a christianis ex aliqua parte corrept°: dixit.
Corpus est omne fugiendū: Omne dixit: qst
omne corpus vinculū erūnosum sit animę.
Et prius si corpus qualecūq; est fugiendū:
nō est vt laudes eius corpus et dicas: Quō
deo docēte fides nostra laudat corpus: quia
r corp° qd mō habem° q;uis habeam° hinc
de peccato penā: r corpus qd corrumpit ag-
grauat animā: tñ habet corpus istud speciē
suā: dispositionē mēbrozū: distinctionē sen-
sū: erectā staturā: r cetera quę bñ p̄sideran-
tes stupēt: Uerūtāmē illud oīno incorrupti-
bile: oīno imortale: oīno ad mouendū agile
et facile erit. Sed ait porphyri°: Sine causa
mibi laudas corpus. Qualecūq; corpus: si
vult esse beata aīa: corp° est omne fugiendū.
Hoc dicūt philosophi: sed errant: s; delyrāt.
Lito probō: nolo diutius disputare: libros
vestros lego: q; illa q; h̄dicata sūt: debēt ha-
bere subditā. Duo em̄ sunt inuicē sibi cōne-
ra: h̄dicata: r subdita. Supat oīa deus: huic
cūcta sūt subdita. Et aīa si habet aliquē ho-
norē apud deū: debet habere aliqd subditū.
Sed nolo hinc diuti° disputare: libros vfos
lego: mūdū istū animal dicitis: id est celū et
terrā: maria: oīa quę sunt ingētia corpora: r
imensa vsq; quaq; elementa. Totū hoc vni-
uersum corp° qd ex his elemētis omnib° cō-
stat dicitis esse animal magnū: id est habere
animā suā: sed sensus corpis non habere: qz
extrinsecus nihil est qd sentiri possit: habere
tñ intellectū: h̄erere deo: r ipsam animā mū-
di vocari iouē vel vocari hecatē: id est quasi
animā vniuersalē mūdū regentē: r vni qd-
dā aīal facientē: Eundēq; mūdū eternū esse
dicitis supfuturū finē nō habiturū. Si ergo
ptern° est mūdus: r sine fine manet mūdus:
r aīal ē mūdus: aīa ista semp teneē i mūdo:
certe corp° est omne fugiendū. Quid est qd
dicebas: Corp° est omne fugiendū? Ego di-
co beatas alas incorruptibilia corpora sem-
per habituras. Tu q; dicitis: corp° omne fugi-
endū: occide mūdum. Tu dicitis: vt fugiā de

1. Petrac. 4.

22. de Luit/ tate dcl. ca. 26.

Sap. 9.

b

Sancti Augustini de tempore.

carne mea: fugiat iupiter tuus de celo et ter/
ra. **¶** Et inuenim⁹ eundē platonē magistrū
istorū omnīū in libro quodā suo quē scripsit
de cōstitutōe mūdi: inducere deū factorem
deorū: facientē scilicet deos celestes: stellas
omnes: solē et lunā. Dicit ergo deū opificem
deorū celestīū: dicit ipas stellas habere aias
intellectuales q̄ intelligūt deū et corpora vi/
sibilia q̄ cernunt. Dico vt intelligatis: Sol
iste q̄ videt: nō videt nisi corp⁹ esset. Hoc
verū est. Stella vlla vel luna nō videt nisi
corp⁹ esset: verū dicit. Ideo dicit et ap⁹: Et
corpa celestia: et corpa terrestria. Et sequit:
Alia gloria celestīū: alia et terrestriū. Et rur/
sus dicens de gloria celestīū corporum ap⁹ plus
adiunxit et ait: Alia gloria solis: alia gloria
lune: alia gloria stellarū. Stella em̄ a stella
differt in gloria: sic et resurrectio mortuorū.
Videris q̄ pmissa est sanctorū corporibus
claritas: et diuersa spēs claritatis q̄ diuersa
sunt merita charitatis. Sed illi q̄ dicūt: stel/
le iste quas videris corpora sunt quidē: sed
habēt suas aias intellectuales et sunt di⁹ ite
rū de corporib⁹ q̄ corpa: verum dicūt. Sed
vrū habeant aias suas: vt qd̄ discussio mō
veniamus ad rem. Inducit deus a platone
ipso alloqui deos quos fecit de corpali et in/
corpali substantia: atq̄ in cetera dicere illis:
Quā estis orti imortales esse et indissolubiles
nō potestis. Jam ad istā vocē illi intremisce
re poterāt. Quare? Quia imortales esse cu/
piebant et mori nolebant. Ergo vt eis aufer/
ret timorē: secur⁹ adiunxit atq̄ ait: Nō tamē
dissoluemini: nec vos vlla mortis fata peri/
ment: nec erūt valentiora q̄ cōsiliū meū: qd̄
maius ē vinculū ad ppetuitatē vestrā q̄ illa
quib⁹ colligati estis. Ecce deus securitatem
dat dijs a se factis: Securitatē illis dat im/
mortalitatis: Securitatē illis dat q̄ nō relin/
quāt globos corporū suorū. Lerte corpus ē
omne fugiendū. Quātū existimo risum est
illis: sicut intelligere potestis: sicut et nos lo/
qui possum⁹: quātū hora sermonis pmitit:
quātū capacitas vestra finit: responsum est
eis. Jam vō qd̄ et ipsi dicāt de resurrectione
corporū q̄ll acute: et non eis sicut arbitrant
etiā nos respōdere possumus: multū est vt
hodie vobis dicā. Sed q̄ semel pmissi vob:
p istos dies istā de resurrectione carnis q̄sti/
onem esse versandā: ad ea que restant adiu/
uante domino: et aures et corda in crastinum
p̄parate.

Feria tertia Pasche: Sermo 1 Sermo C. XLIII

Resurrectio domini nri iesu christi et
hodie recitata est: sed de altero libro
euangelij q̄ est fm̄ Lucā. Primo est
lecta est fm̄ Mattheū: hesternā autē die fm̄
Abarcū: hodie fm̄ Lucam. Sic habet ordo
euangelistarū. Sic em̄ passio ipsi⁹ ex omnibus
euangelistis cōscripta est: sic dies isti septē vt
octo durant spaciū: vt fm̄ om̄s euangelistas
resurrectio recitet. Passio autē q̄ vno die le/
git: nō solet legi nisi fm̄ mattheū. Voluerā
aliqui vt p̄ singulos annos fm̄ om̄s euangeli/
stas etiā passio legeret: factū ē: nō audierūt
homines qd̄ cōsueuerūt et turbati sunt. Qui
autem amat lras et nō vult semp esse idiota:
oia nouit: et oia diligētē inquir. Sed sicut
cuiq̄ a deo parata est mensura fidei: sic qd̄q̄
p̄ficiat. Nūc attendam⁹ qd̄ hodie cū legeret
audiuim⁹. Nā qd̄ heri cōmendauī charitati
vestrē exp̄ssimus: hodie audierimus in fide/
litate discipulorū: vt intelligam⁹ quātum
eius beneficio nobis p̄stitū est. Si credam⁹
qd̄ nos audiuim⁹: vocauit eos: instruxit eos:
vixit cum eis in terra: fecit ante oculos eorū
tāta mirabilia vsq̄ ad mortuos suscitādos.
Abortuos resuscitauit: carnē suam nō crede/
bat resuscitare. Uenerūt mulieres ad monū/
mentū: corpus in monumēto nō inuenerūt:
resurrexisset dominū ab angelis audierūt: se/
minē viris nūciauerūt. Et quid scriptū est:
qd̄ audistis? Uisa sūt ista ante oculos eorū
quasi deliramenta. Abagna infidelitas con/
ditiōis humane. Quā locuta est eua qd̄ dixe/
rat serpens: audita est: cito mulieri creditū ē:
femini vera dicētib⁹ vt viueret christ⁹ min⁹
creditū ē. Nā h̄ est qd̄ egit dñs iesus christ⁹:
vt p̄us illud sexus femine nūciaret. Quia q̄
p̄ sexū femineū cecidit hō: p̄ sexū femineū re/
parat⁹ ē hō: q̄ virgo christū pepit: femina re/
surrexisset nūciabat: per femina mors: p̄ femi/
nā vita. Sed nō crediderūt discipuli qd̄ dixe/
rant semine: delirare putauerūt: q̄si verita/
tē nūciabāt. Ecce alibi: Duo ambulabāt in
via et loquebantur secum de his q̄ acciderāt in
hierlm̄: de iniquitate iudeorū: de morte christi:
ambulabāt fabulātes: et quasi mortuū dolē/
tes: resurrexisset nescientes. Apparuit et ipis:
factus est tertio viator: miscuit cū eis amica
colloquia: oculi eorum tenebant ne agno/
scerent eum. Sportebat enim vt melius eos
instrueret. Cognitio differtur: querit ab eis

Ser. C. XLIII. Feria tertia pasche: Ser. I

quid inter se loquerent: et quod ipse nesciebat illi faterent. Et quod audistis: mirari ceperunt: quod de re clara et tam manifesta velut a nesciente interrogabant: Tu solus inquisit peregrinus es in hierusalem: et nescis quae ibi gesta sunt? At ille dixit: Quae? De iesu nazareno qui fuit propheta potens factis et dictis. O discipuli: propheta erat christus dominus prophetarum: iudicium nomen personae imponit: ad alienigenarum verba deuenerant. Quid est quod dixi? Recolite quod quando ipse iesus ait discipulis suis: Quae dicunt homines esse filium hominis? Responderunt opiniones alienas: Alii dixerunt quod bellas es: alii quod iohannes baptista: alii quod hieremias: aut vnus ex prophetis. Verba ista alienorum erant: non discipulorum. Ecce ad ista verba discipuli venerunt. Hinc ergo vos quem me esse dicitis? Responderistis mihi opiniones alienas: fidem vestram volo audire. Tunc petrus vnus pro omnibus: Tu es christus filius dei viui. Non quicquam vnus ex prophetis: sed filius dei viui: adimpletor: prophetarum: creator: angelorum. Tu es christus filius dei viui. Audiuit quod decuit eum audire ex hac voce et tali voce: Beatus es simon bariona: quia non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi: Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam: et portae inferi non preualebunt aduersus eam. Tibi dabo clauis regni caelorum: et quaecumque solueris super terram: soluta erunt et in caelo: et quaecumque ligaueris super terram: ligata erunt et in caelo. Fides hoc meruit audire: non homo. Nam ipse homo quid erat nisi quod ait psalmista: Omnis homo mendax. Denique continuo post haec verba denunciauit eis passionem suam et mortem: Expauit petrus et ait: Abste a te domine: non fiet istud. Tunc dominus: Redi post me sathanas. Petrus sathanas: ubi sunt illa verba: Beatus es simon bariona: Numquid beatus sathanas? Beatus de deo: sathanas de homine. Denique ipse dominus exposuit quare illi dixerit sathanas. Non enim sapit quae dei sunt: sed quae sunt hominis. Unde tunc beatus? Quia non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus qui est in caelis. Unde postea sathanas? Non sapit quae dei sunt: quae quando sapueras beatus es: sed sapit quae hominis sunt. Ecce quomodo alternabat anima discipulorum quasi ex ortu et occasu: modo stabat: modo iacebat: modo illuminabatur: modo tenebrabatur: quod de deo illuminabatur: de suo tenebrabatur. Unde illuminabatur? Accedite ad

eum et illuminamini. Unde tenebrabatur? Qui loquitur de suo loquitur. Filii dei cum dixerat et timebat ne moreretur cum filius dei esset. Nisi ille venisset ut moreretur: nos vnde viue remus? Unde nos habemus vitam: inde ille habuit mortem? Ipsius euangelium attende: In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Quae ibi mortem? Ubi? Unde? Quomodo? Erat verbum: verbum apud deum: deus verbum. Si inuenis ibi carnem et sanguinem: inuenis mortem: Ergo ille verbum. Ubi illi mors? A nobis hominibus in terra positus: mortalibus: corruptibilibus: peccatoribus. Unde vita? Non erat illi vnde haberet mortem: non eramus nos vnde haberemur vitam: Accepit ille mortem de nostro: ut daret nobis vitam de suo. Quomodo ille mortem de nostro? Verbum caro factum est et habitauit in nobis. Accepit hinc a nobis quod offerret pro nobis. Vita autem vnde nobis? Et vita erat lux hominum. Ipse nobis vita: nos illi mors. Sed qualis mors? Dignatione non conditione: quae dignatur esse: quia voluit: quia miser est: Potestatem habeo ponendi animam meam: et iterum sumere eam. Hec petrus nesciebat: quia audita mortem dicitur expauit. Sed ecce iam dixerat dominus mortem se et resurrectionem tertia die: factum est quod predicabat: et non credebatur quod audierat. Ecce iam triduum est ex quo ista facta sunt: et nos putabamur quod ipse erat redemptor israel. Sperabatis: iam desperatis: de spe cecidistis: leuat vos qui vobiscum ambulat. Discipuli erant: ipsum audierant magistrum: nouerant ipsum: ab illo instructi erant et non potuerunt imitari et habere fidem latronis pendentis in cruce. Sed forte aliqui vestrum nesciunt quod dixi de latrone: non audiendo passionem secundum omnes euangelistas. Iste enim euangelista lucas narrauit quod dico: quia duo latrones crucifixi sunt cum christo: dixit et hoc matheus: Sed vnus eorum latronum qui insultauit domino: et alter eorum qui credidit christum: matheus non dixit: lucas dixit. Recolamus fidem latronis quam non inuenit christus post resurrectionem in discipulis suis. Pendebat in cruce christus: pendebat et latro. In medio ille: illi a lateribus. Insultat vnus: credit alter: iudicat medi' ille. Ille enim qui insultabat dixit: Si filius dei es libera te. Et alius ad illum: Tu non times deum. Si nos propter facta nostra merito patimur: ipse quid fecit? Et conuersus ad eum: Adhemento inquit mei

Job. 8.

Job. 1.

Job. 10.

Luc. 24.

Luc. 23.

Matth. 27.

Luc. 23.

Sancti Augustini de tempore

domine dum veneris in regnū tuum. Magna fides: huic fidei qd addi possit ignoro. Titubauerūt qui viderunt christū mortuos suscitantem: credidit ille quem videbat secū in ligno pendentē. Quādo illi titubauerūt: tunc ille credidit. Quale fructum christ⁹ de arido ligno pcepit? Quid em̄ dominus dixerat: Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Tu differs te: ego agnosco te. Quādo hoc speraret latro: adductus de latronico ad iudicem: a iudice ad crucē: de cruce ad paradisum. Deinde ipse attendens merita sua non dixit: Ademento mei vt liberer me hodie: sed cum veneris in regnū tuum: tūc me mor: mei esto: si mihi tormenta debent: vel q̄ usq; veneris in regnū tuū. Et ille: non sic inuassit regnum celorū: vim fecisti: credidisti: rapuisti: hodie mecū eris in paradiso. Nō te differo. Tantē fidei hodie reddo qd debeo. Latro dicit: Ademento mei dñe cum veneris in regnū tuū: Non solū credebatur resurrectionē: sed etiā regnaturū: Pendenti crucifixo cruenti ligno horrenti: cui veneris inq̄t in regnū tuum: et illi: nos sperabam⁹. Ubi latro inuenit: discipulus pdidit. Deinde iaz charissimi magnū sacramentū qd cognouimus: audite. Ambulabat cum illis: suscipit hospitio: panem frangit et cognoscit. Et nos nō dicamus: qz christū non cognouim⁹: Nouimus si credimus. Verū est: Nouim⁹ si credimus: habemus si credimus. Habebāt illi christū cōiuuiō: nos intus in animo. Plus ē christū habere in corde q̄ in domo. Cor em̄ nostrū interius nobis est q̄ sit dom⁹ nostra. Jam dō vbi debet eum fidelis agnoscere? Agnoscit qui fidelis est: qui autē cathecumenus est ignorat. Sed ianuam cōtra eum nemo claudat: vt nouerit. Ihersterna die ad noui charitatē vestrā: quia resurrectio christi est in nobis si bene viuamus. Si vita nostra mala moriat: et quotidie noua p̄ficiat. Abscondant hic penitentes. Quādo illis imponit manus: sit ordo longissimus. Orate penitentes: et eunt orare penitentes. Quomō penitet qd sit: si penitet non fiat. Si autē sit: non nomē erat: crimē manet. Aliqui ipsi sibi penitentię locū petierunt: aliqui excommunicati a nobis in penitentię locū redacti sunt: nolunt inde surgere: quasi electus sit locus penitentū. Qui debet esse locus humilitatis: sit locus humilitatis. Vobis dico qui vocamini penitentes et non estis: Vobis dico.

Quid vobis dicam? Laudo vos: in hoc nō laudo: sed gemo et plango. Et quid faciam fratres: imutate vitam in melius. Durate: quia finis incertus est. Omnis homo cum casu suo ambulat. Quid differis bene viuere: cum putatis quia longa erit vita? Longā vitam putatis: et mortem subitanēam nō timetis. Sed ecce longa sit: Et quero vnū penitentem: et nō inuenio. Quādo melius bona longa q̄ mala vita erit? Longam cōgnā malam ferre nemo: longā vitam malaz omnes habere volunt. Vtiq; si grāde quod viuim⁹ bonū sit ipsum grande. Quid enim vis mali dic mihi in oibus actibus tuis: cogitationibus: cupiditatibus? In terrā nō vis segetem malā: non vis vtiq; malam sed bonam arborem: equum: seruū: bonum amicū: bonum filiū: vxorem bonā. Et quid hec magna cōmemorem: quando non vis vestē malam habere: sed bonam: caligam postremo ipsam non vis nisi bonam? Aut da mihi aliquid te velle qd malū est: nec te velle aliquid bonum: Puto villam malā non vis: sed bonam: solā animā malaz vis? Quid te offendisti? Quid de te tuipse male meruisti? In bona tua non vis esse malum nisi te solum. Puto: quia dico qd soleo: et facitis qd soletis. Ego coram deo excutio vestimēta mea. Timeo ne mihi imputez quia nō dico: officium meū impleo: fructum vestrū quero: de bonis operibus vestris gaudiū habere volo: non pecuniā. Non em̄ qui bene viuunt diuitem me facit: et tamē diuitie meę non nisi spes vestra ē: in christo gaudiū meū: solatiū meū: et respiramentū periculorū in his temptationibus nullū est nisi bona vita vestra. Obsecro vos fratres si obliti estis vestri: mihi seremini tamē mei.

Eodem die: de Resurrectione domini. Sermo II

E resurrectione dñi qd sequebat in euangelio fm Lucam: hodie terminatum est: vbi audiui⁹ apparuisse dominū in medio discipulorū suorū discipulorū et non credentū. Tam dō inopinatum fuit et incredibile: vt nec videntes viderent. Videbant enim viuū quē planxerant mortuū: videbant in medio sui stantem quē doluerant in cruce pendentē. Videbāt ergo et quia suis oculis non credebant: vt verum

Luc. 24.

S

Ser. C. XI

Ger. C. XLV. Feria tertia pasche: Ger. II.

Luc. 24. videret: falsū putabant. Estimabāt sicut au-
distis se spm̄ vidē. Ad postea crediderūt de
christo pessimi heretici: pus hoc crediderūt
titubātes apli. Sūt em̄ hodie qui nō credūt
carnem habuisse christū: qz partū virginis
destruūt z nolūt eū natū ex femina credere.
Job. 1. Verbu caro factū est: Proxius a sua fide vel
potius a sua infidelitate: totā istā dispensa-
tionē salutis nostrę: q factus est hō p inue-
niendo homie qui deus fecerat hominē: to-
rum hoc qd̄ christus in remissionē peccatoꝝ
nostrorū verū nō falsum sanguinē fudit: et
de vero suo sanguie chirographū peccatoꝝ
nostrorū deleuit: hoc totū heretici damnabi-
les euacuare conant: totū hoc manichei nō
credūt. Ecce loquit z euangeliū: Stabat do-
minus inter discipulos suos: nondū creden-
tes q̄ resurrexerat. Videbāt eum z putabāt
se spiritum videre. Si nihil mali est credere
christū fuisse nō carnem: si nihil mali est: di-
mittant in ista opinione discipuli. Attēdite
vt intelligatis qd̄ volo dicere: Deus autem
donet vt dicam: vt sic dicā: quō vos audire
expedit. Ecce hocipm̄ repeto. Aliqñ ipsi de-
testabiles carnē detestātes: z fm̄ carnē viuē-
tes: aliqñ h̄ dicunt z sic decipiūt: Qui meli-
credūt d̄ christo: illi q̄ dicūt qz carnē habuit:
an nos qui dicimus: deus erat spūs: et ocu-
lis hominū nō corpus sed deus apparebat?
Quid est melius: caro an spiritus? Quid re-
sponsuri sumus: nisi spiritū carne esse meli-
orem? Si ergo dicis: Conſiteris q̄a spiritus
melior est q̄ caro. Aheli ergo de spiritu sen-
tio: qui eū spm̄ fuisse dico: nō carnē. D̄ infer-
lit error. Quare ergo spm̄ z carnē dico fuisse
christū? Tu dicis spiritū: ego spm̄ z carnem.
Nō tu melius dicis: sed min⁹ dicis. Audi q̄
totū qd̄ dico ego: id est catholica fides: z qd̄
dicit fundatissima fides et serenissima veri-
tas. Tu qui dicis spiritū tm̄ fuisse christum:
qd̄ est z spūs noster: id est aia nostra: hoc di-
cas tm̄ fuisse christū. Audi quid dicas: Dico
qd̄ dicas. Erat ipse spiritus ex ea natura et
substantia vnde z n̄ est spūs. Quāto min⁹
dicas: attende. Erat ibi verbū: Tu dicis hu-
manus spiritus solus. Ego dico: verbū spi-
ritus corpus deus et hō. Si duo nolo dicere
isto vto: cōpēdio: Deus hō: z verus de⁹ z
verus homo. Sed de ipso homie si queris a
me. Duo iterū dico: Anima hūana: caro hu-
mana. Tu homo es propter animā z carnē:
ille christus ppter deum z hominē. Ecce qd̄

dico. Sed tu melius te dicere putas: quā
dicis: spūs erat: spūs apparebat: spūs vide-
bas: spūs i homie puerfabas. Hoc dicis: hoc
dixi: hoc putabāt et discipuli. Si nihil malū
dicis: si bonum est quod dicis: bonum erat
qd̄ discipuli putabāt: Si domin⁹ eos dimit-
tit vt sic purent: dimittendus es et tu. Hoc
em̄ credebāt qd̄ z tu: si bonū ē qd̄ tu credis:
bonū erat qd̄ illi credebant. Sed nō erat bō-
nū: At illis domin⁹: Quid turbati estis: et
cogitationes ascendūt in cor vestrū? Logita-
tiones iste terrene sunt. Si em̄ celestes essent
descenderent in cor: non ascenderēt. Quare
enim dicis nobis: Sursum cor vestrū: nisi vt
terrene cogitationes nō ante se inueniant cor
nostrū qd̄ sursum posueram⁹? Ergo qd̄ tur-
bati estis: z cogitationes ascēdūt in cor vrm?
Videte manus meas z pedes meos: palpa-
te z videte. Parū ē vobis attendere: Ahan⁹
mittite: si parū est attēdite. Nec sufficiat at-
tendere: palpate: Nec tāgere solū dixit: sed
palpate z cōtrectate. Proben̄ sibi man⁹ vfc
si mētiunt oculi vestri: palpate z videte: ocu-
los z manus habete. Quid palpate: z quid
videte: quia spiritus carnē z ossa non habet
sicut me videtis habere. Errabas cū discipu-
lis: Corrigere cum discipulis. Humanū est:
cōcedo. Putatis spiritū christū: hoc z petr⁹:
hoc z ceteri qui spiritū putauerūt se videre:
sed in isto errore non remanserunt: vt scias
proxius hoc fuisse in cordibus eoz: medicus
nō dimisit: accessit: medicamētū adhibuit:
vulnera i cordib⁹ videbat: et vnde vulnera
cordiū curaret in corpore cicatrices ferebat.
Si ergo credamus: scio quia creditis sic: sed
ne forte in agro isto domini sit herba mala:
etiaz eos alloquor quos non video. Nemo
credat de christo: nisi qd̄ de se credi voluit
christ⁹: Anteq̄ nobis expedit vt credamus
qd̄ credi de se voluit: qui nos redemit: q̄ sa-
lutem nostrā quesuit: qui pro nobis sangui-
nem suū fudit: qui pro nobis qd̄ nobis non
debebat: attulit: hoc credamus qd̄ christus
est filius dei: verbū dei. Quid est verbū dei?
qd̄ dicere nō potest verbū hominis: hoc ē
verbū dei. Queris a me: quid sit verbū dei?
Si tibi vellem dicere quid sit verbū homis:
non explico: fatigor h̄sito: succūbo: nō pos-
sum explicare vim verbi hūani. Ecce anteq̄
dicam vobis: quod volo dicere iam verbū
est in corde meo: nondum a me dictum est: z
apud me est: Dicā a me z puenit ad te et nō

Luc. 24.

L

A

si. hu. m.

omp
N. J. C.

D

De vrbis dñi
Ser. 38. c.

Sancti Augustini de tempore.

recedit a me: Intēditis vt audiatū verbū a me: mentes vestras pascō cū loquor. Diuideritis inter vos cibū si afferrē ventrib⁹: nec tot⁹ pueniret ad singulos. Sed quāto plures estis: tanto in plura frustra qđ ponerē diuideretis: et tanto min⁹ quisq; acciperet: quāto maior esset multitudo accipientiū. Adodo autē cibum attuli mentibus: Dico accipite: sumite et comedite. Accepistis: comedistis: et non diuistis. Quicqđ loquor: et omnibus totū est: et singulis totū est. Ecce quomō nō potest satis explicari quātam vim habet hominis verbū: et dicitis mibi: quid est verbū dei? Verbum dei pascit angeloz tot milia. Abente em̄ pascunt: mente replent. Implet angelos: implet mundū: implet v̄ginis vterum: nec ibi spaciatur: nec hic angustatur. Quid est verbum dei? Ipse breuiter de se dicit: sed

Job. 10. magnū est qđ dicit: Ego et pater vnū sum⁹. Nolo murmures v̄ba apēde. Quid ē? Plura verba de vno verbo nō sufficiūt explicādo verbū. Ergo qđ nō potest explicari ver-

Job. 11. bum: caro factum est et habitauit in nobis.

E Suscepit totū quasi plenū hominē: animā et corpus hominis. Et si aliquid scrupulosus vis: animā et carnē habet et pecus. Cum dico animā humanā et carnem humanā: totā animā humanā accepit. Fuerunt enim qui hinc h̄resim facerent et dicerent: qđ anima christi nō habuit mentē: nō habuit intellectū: non habuit rationē: sed verbū dei illi fuit p mente et p intellectu et p ratione. Nolo sic credas. Totū redemit qui totū creauit: totum suscepit: totū liberauit verbum. Ubi mens hominis et intellectus: ibi anima viuificans carnē. Caro vera et integra erat ibi: peccatum solum nō erat ibi.

Ward. 16. Eodem die: de eo quod scriptum est in euangelio fm̄ Marcū: Post hec autem duobus ex his ambulābūs apparuit in alia effigie etc. **Sermo C. XLVI. MO III**

A **h** dierno die iam ecce tertio audiui-
mus ex euangelio dñi nostri resurre-
ctionē: quēadmodum me vobis lo-
cutū esse meministis: quoniam hoc moris est:
vt fm̄ omnes euāgelistas resurrectio domi-
ni recitet. Marcū euāgelistā est: qđ modo cū
legere audiui. Marcus autem meruit
istam dispensationē: cuz in numero illorum
duodecim non fuisset: quēadmodum et Lu-

cas. Nam cū sint quattuor euāgelistę: mat-
theus: iohannes: marcus et lucas: duo sunt
ex illis duodecim apostolis: id est mattheus
et iohannes. Sed illorū p̄cessio infēcūda nō
fuit: vt consequētes comites non haberent.
Marcus et lucas apostolorū non pares: sed
supares fuerunt. Ideo iam voluit spūsan-
ctus etiā ex his qui inter duodecim non fue-
rūt eligere ad euāgelistā cōscribendū duos:
ne putaretur gratia euāgelizandi vsq; ad
apostolos peruenisse: et in illis fontem gra-
tie defecisse. Cum enim dicat dominus de
spūitu suo: et de verbo suo: qđ si quis p̄cepe-
rit digneq; habuerit: fiet in eo fons aque sa-
lientis in vitam eternā: fons vtiq; manādo
se indicat: nō remanando. Per apostolos p-
uenit gratia ad alios: et missi sunt euāgeli-
zare: quoniam qui vocauit primos: ipse voca-
uit secūdos: ipse vocauit etiā vsq; ad nouis-
simū tempus corpus vnigeniti sui: id est ec-
clesiā toto orbe diffusam. Quid ergo audiui-
mus marcū dicentem? **A** apparuit domi-
nus in via duobus: sicut dixit et lucas: cuius
euāgelistā heri audiui. Apparuit inquit
duobus in via in alia effigie. Lucas autem
hoc ipsum alijs verbis dixit: sed ab eadē sen-
tentia nō deuiat. Lucas enim quid dixit?
Tenebant oculi eorum: ne eum agnoscerēt.
Marcus quid dixit? Apparuit eis in alia effi-
gie. **Q**uod ille dixit: Tenebant oculi eorum ne
eū agnoscerēt: hoc iste dixit: In alia effigie.
Alia enim effigies visa est: retētis oculis nō
apparētis. Quid ergo fratres: quoniam lucas
dixit: qđ credo vos de lectione hesterna re-
centissime meminisse: qđ cum benedictū frā-
geret panem: aperti sunt oculi eorum? Ergo
clausis oculis in via cum illo comitabant: et
poterant scire vbi gressus ponerent: si clau-
sos oculos haberēt? Aperti sunt ergo ad co-
gnitionem: non ad visionem. Domin⁹ itaq;
noster iesus christus: ante panis fractionem
ignotus loquitur cum hominibus: in panis
fractione cognoscit: quia ibi percipit vbi vi-
ta eterna percipit. Hospitio suscipit: qui do-
mum parat in celo. Ait enim fm̄ euāgeli-
stam iohannē: **A** dultę mansiones sunt apud
patrem meū: alioquin dicerem vobis: ibo
parare vobis locuz. Sed si iero et parauero:
iterum veniens assumā vos. Hospes in ter-
ra esse voluit dominus celi: peregrinus in
mundo: per quem factus est mundus. Ho-
spes esse dignatus est: vt tu haberes suscipi-

Ser. C. XLVI. Feria tertia pasche: Ser. III

endo benedictione: non quia ille indigebat: cum hospes intrabat. Heliam sanctū famis tempore per coruum dominus pascebat: et quem persequebant homines: ei seruebant aues. Afferebat seruo dei coruus mane panes: ad vespeream carnes. Non indigebat & ille quem deus ministris auibus pascebat: & tamē quibus helias non indigeret: mittit ad viduam sareptanā: et dicit ei: Uade illa vidua pasce te. Defecerat ei deus: vt ad viduam mitteret. Sed si deus seruo suo sine humano ministerio semp̄ haberet panes: vidua vnde haberet mercedē? Admittitur ergo non indigens ad indigentē: non esuriens ad esurientem: et dicit ad eam: Uade & affer mibi pusillum vt manducem. Illa modicū habebat qd̄ consumptura erat: & moriendo defutura. Respondit: quātum haberet: p̄pheta intimauit: & ait illi p̄pheta: Uade pus affer mibi. Illa non dubitauit sed obtulit. Obtulit refecionem: sed meruit benedictionem. Benedixit sanctus helias hydriam farine: capfacem olei. Illud in domo repositū erat cōsumendum: & illud oleum in palo pendebar finiendum. Accessit benedictio: et vasa illa thesauri facti sunt. Laguncula olei facta est fons olei: farina parua vberimas segetes superauit. Si helias non indigebat: christus indigebat. Ideo fratres mei admonet nos scriptura sancta: quia plerūq; seruos suos quos potest pascere deus: ideo facit indigentes: vt inueniat operantes. Nemo superbiat: quia dat pauperi: christus pauper fuit. Nemo superbiat: quia hospitē suscipit: christus hospes fuit. Adhuc est susceptus q̄ suscipiens: ditior accipiens q̄ tradens. Qui accipiebat cuncta possidebat: qui dabat ab illo cui dabat acceperat quod dabat. Nemo ergo superbiat fratres mei quādo dat pauperi: nō dicat in animo suo: Ego do: ille accepit. Ego suscipio: ille indiget tecto. Forte quem suscipis iustus est: ille indiget pane: tu veritate. Ille tecto: tu celo. Ille indiget pecunia: tu iusticia. Fenerator esto: eroga quod recipias: noli timere: ne te feneratorē iudicet deus. Proius esto fenerator: sed deus tibi dicit: Quid vis? Feneratori vis. Quid est fenerator? Minus dare & plus accipere. Ecce mibi da: ego accipio minus: & do plus. Quē queris cui des: vnde crescat pecunia tua? hominē queris: quando accipit gaudet: quando reddit plorat. Et accipiat

precat: ne reddat calumnias. Da quidem et homini: & noli te auertere ab eo qui mutuū petit. Sed tu dedisti: nō plorat cui dedisti: & si hoc ipsuz quod daturus est: vel quod accipit exigit: forte ad manū nōdum habet: per tulisti petentem: expecta habentē: cum habuerit reddet tibi. Sed auarus es: dicit tibi deus: Adhuc cōueni: ego filium diuitem: pauperem p̄pter te feci. Propter nos em̄ factus est cū diues esset. Aurum queris: ille fecit. Familiā q̄ris: ille fecit. Pecora queris: ille fecit. Possessōes q̄ris: ille fecit. Argentū queris: ille fecit. Quid queris tantū que fecit? Ipsum accipe qui fecit: cogita quē ad modum te dilexit. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Omnia per ipsum: & ipse inter omnia. Qui fecit hominē factus est homo: factus est quod fecit: ne periret quod fecit. Qui fecit omnia: factus est inter omnia. Attende diuitias: Quid diti? eo p̄ quem facta sunt omnia? Et tamē ille cū diues esset: mortalem carnem accepit i vtero virginis. Infans natus est: pannis infantibus inuolutus est: in p̄sepio positus est: patienter expectauit grades: patienter tempora ptulit: p̄ quem facta sūt tempora. Surrexit: vagiuit: infans apparuit. Sed iacebat et regnabat: a matre nutriebatur: & ab angelis nūciabat: & stella fulgente declarabat. Tales diuitie: talis paupertas: diuitie vt crederis: paupertas vt restitueris. Quod ille ergo pauper susceptus ē hospitio quasi pauper: dignatio fuit suscipientis: non miseria egentis. Forte dicis tibi: O beati qui meruerunt christū suscipere. Si ego tunc fuisset: O si vnus fuisset de duobus illis quos inuenit in via. Tu esto in via: non deerit hospes christus. Putas enim iam non tibi licere suscipere christū? Unde inquis licet? Jam resurgens manifestat⁹ est discipulis suis: ascendit in celum: ibi est ad dexteram patris: non est venturus nisi in vltimo seculo ad iudicandum viuos & mortuos. Venturus est autē in claritate: nō in infirmitate: datur⁹ regnū: nō q̄sturus hospitium. Qui dabit regnū: excidit tibi qd̄ dicitur ē: Lum vni ex minimis meis fecistis: mibi fecistis. Ille diues: egēs ē vsq; i fine seculi. Eget pilus: nō i capite s̄ in mēbris suis: vbi dolebat qm̄ dixit: Saule saule qd̄ me persequeris? Obsequamur q̄ christo. Nobiscū est i suis: nobiscū est i nob: nec frustra dixit: Ecce ego vobiscū sū vsq; ad p̄sum,

Sancti Augustini de tempore.

mationē seculi. Hec faciēdo agnoscim⁹ christum in bonis operibus: nō corpore sed corde: non oculis carnis sed oculis fidei. Quia vidisti: credidisti: ait cuidā discipulo suo incredulo: q̄ dixerat: Non credo nisi tetigero: Veni tange: et noli esse incredul⁹. Tetigit et clamavit: Domin⁹ meus et deus me⁹. Quia vidisti credidisti: ipsa est tota fides tua: quia credis q̄ vides: laudo eos qui non vident et credunt: quia cum viderint gaudebūt.

Sermo Eodem die: de Resurrectione cor
C. XLVII porū cōtra gentiles: Sermo IIII

A Iesus his sanctis resurrectionē dñi
D dedicat⁹: quātum donāte ipso possumus de carnis resurrectione tractemus. Hec enī fides est nra: hoc donum i dñi nostri iesu christi nobis carne pmissum est: et in ipso p̄cessit exemplū. Voluit enī nobis q̄d p̄misi in fine nō solum pronūciare: sed etiā demonstrare. Illi quidem qui tunc fuerunt cum illū viderēt: et cum expauescerent: et spiritū se videre crederēt: soliditatē corpis tenuerūt. Locutus est enī nō solū verbis ad aures eorum: sed etiā specie ad oculos eorū: parūq; erat se p̄bere cernendū: nisi etiā offerret p̄tractandum atq; palpandū. Ait enim:

Luc. 24. Quid turbati estis: et cogitationes ascendūt in cor vestrū? Putauerūt enim se spiritū videre. Quid turbati estis inquit et cogitationes ascendunt in cor vestrū? Videte manus meas et pedes meos: Palpate et videte: quia spiritus ossa et carnem non habet sicut me videtis habere. Contra istam evidentiam disputabant homines. Quid enī aliud facerent homines qui ea quę sunt hominū sapiunt: q̄ sic disputare de deo contra deum? Ille enī deus est: isti homines sunt. Sed de⁹ nouit cogitationes hominū qm̄ vanę sunt. In homie carnali tota regula intelligēdi ē: p̄suetudo cernēdi. Quod solent videre credunt: q̄d nō solent non credunt. P̄ter cōsuetudinē facit deus miracula: q̄ deus est: Maiora quidē miracula sūt tot quotidie homines nasci qui non erant: q̄ paucos resurrexisse qui erāt: et tamē ista miracula nō consideratione cōp̄hensa sunt: sed assiduitate viluerunt. Resurrexit christus: absoluta est res. Corpus erat: caro erat: pependit in cruce: emisit animā: posita est caro i sepulchro. Exhibuit illā viuā: qui viuebat i illa: Quare miramur? Quare nō credim⁹? Deus est q̄

Ps. 95. nouit cogitationes hominū qm̄ vanę sunt. In homie carnali tota regula intelligēdi ē: p̄suetudo cernēdi. Quod solent videre credunt: q̄d nō solent non credunt. P̄ter cōsuetudinē facit deus miracula: q̄ deus est: Maiora quidē miracula sūt tot quotidie homines nasci qui non erant: q̄ paucos resurrexisse qui erāt: et tamē ista miracula nō consideratione cōp̄hensa sunt: sed assiduitate viluerunt. Resurrexit christus: absoluta est res. Corpus erat: caro erat: pependit in cruce: emisit animā: posita est caro i sepulchro. Exhibuit illā viuā: qui viuebat i illa: Quare miramur? Quare nō credim⁹? Deus est q̄

Mat. 27. res. Corpus erat: caro erat: pependit in cruce: emisit animā: posita est caro i sepulchro. Exhibuit illā viuā: qui viuebat i illa: Quare miramur? Quare nō credim⁹? Deus est q̄

fecit. Cōsidera auctorē: et tolle dubitationē. Querunt ergo homines: vtrū corruptio ista corporis quā sentiūt in carne sua: futura sit in resurrectione mortuorū? Dicimus non futuram. Respondent nobis: Si corruptio non erit: quare māducabim⁹? Aut si non māducabim⁹: quare post resurrectionē domin⁹ māducavit? Abodo euangeliū cum legeret audiuimus: q̄ cum exhiberet se viuū oculis manibusq; discipulorū suorū: parū illi visum est ad demonstrādā euidētā corpālē: s̄ addidit: Habetis hic aliquid q̄d māduces? Et obrulerūt ei ptē piscis assi et fauū mellis: māducauit et reliq̄as dedit eis. Dicis enī nob: Si corruptio corpis nō resurget: quare māducavit dñs christus? Legistis q̄ manducauit: nunq̄d legistis: q̄ esuriuit? Q̄ māducavit iesus: potestatis fuit: non egestatis. Si desideraret māducare: egeret. Rursus si manducare nō posset: minus valeret. Nūquid et angeli qm̄ suscepti sūt hospitio a patrib⁹ nris nō māducauerūt: et tñ corruptibiles nō fuerūt? Rursus dicunt: Resurgēt vitia q̄ erāt in corpore hūano cū quib⁹ moris homo? Respondem⁹: Nō resurgent vitia. Et dicis nobis: Quare ergo dñs cum suorū vulnerū cicatricibus resurrexit? Quid adhuc dicimus: nisi q̄ et hoc potestatis fuit nō necessitatis. Sic resurgere voluit: sic voluit quibusdam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices vulneris: vt sanaret vuln⁹ incredulitatis. Adhuc disputāt et querūt a nobis: Paruuli qui moriunt: paruuli resurrecturi sunt an eras erit plena reuiuiscentiū quorū erat parua morientū? Hoc quidē in scripturis definitū nō inuenimus. In corruptibilia corpa et imortalia resurrectura p̄missa sūt. S; si parua eras reddis: si statura pusilla reuocas: nūquid et propterea infirmitas reuocatur? Si parui erūt: nūquid iacebūt et ambulare nō poterunt? Credibilis tñ accipit et pbabilius et rōnabilius plenas etates resurrecturas: vt reddat munere q̄d accessurū erat tpe. Nec enī redditur i sum⁹ senectā resurrecturā anbelā et curuā. Postremo correptioez tolle: et q̄ vis adde. Sed inq̄s: Quō erit terrenū corpus in cōlo? Philosophi enī gentium illi valde magni: quorum vobis iam vel insanas certe vel humanas sententias intimaui: quęsterūt q̄pe ista non spiritu dei sed cōiectura cordis humani. Hinc maxime faciunt quęstionē: tractant subtiliter de momentis ponderē et ordi

Ser. C. XLVII. Feria tertia pasche: Ser. III

ne elementorū: et dicunt q̄ etiā videmus mū-
dum sic esse dispositū: vt ima sit terra tanq̄
in fundo eius: secūda aqua superfundat ter-
re: tertius aer veniat: quartus ether cuncta
cooperiat. Illud elementū supernum quod
ether appellant: ignem dicunt esse liquidum
et purum: inde sydera esse formata: ibi nihil
posse terrenū: quoniam ordo ponderū non ad-
mittit. Si dicamus eis nostra corpora in terra
esse noua victura et in celo non futura: auda-
citer et temere imo infideliter dicimus. Cre-
dere enim debemus talia corpora nos habi-
turos: vt vbi velimus quando voluerimus
ibi simus. Nam si respondem⁹ absoluendā
de ordine ponderum questionē: in terra nos
esse victuros: de ipso corpe domini nobis est
questio cum quo ascendit in celum. Audistis
q̄ de euangelio modo recens sonuit in auri-
bus nostris: quia eleuatis manibus suis be-
nedixit eis: et factū est vt benediceret eis: re-
cessit ab eis: et ferebat in celum christus do-
minus. Qui ferebat in celum? Dñs christus.
Qui dominus christus? Quid enim sepati-
us es hominē a deo: et facturus es aliā per-
sonā dei: aliā hominis: vt iam non sit trini-
tas sed quaternitas? Quomō tu homo ani-
ma es et corpus? Et sicut anima et corpus vn⁹
est homo: ita deus et homo vnus est christ⁹.
Sed verbū non recessit a patre: et ad nos ve-
nit: et patrem non deseruit: et in vtero carnē
accepit et mūdum rexit. Quid ergo leuatum
est in celū: nisi q̄ sumptum est de terra? Id
est caro illa: corpus illud: de quo loquēs ad
discipulos ait: Palpate et videte: q̄ spiritus
ossa et carnem non habet sicut me videtis
habere. Credamus hoc fratres: et si argumē-
ta philosophorū difficile soluimus: illud q̄
demonstratū est in domino sine difficultate
fidei teneamus. Illi garriant: nos credam⁹.
Sed non potest inquit esse terrenū corpus
in celo. Quid si hoc velit deus? Responde cō-
tra deum et dic: non potest deus. Rōne et tu-
quicūq; paganus: dicit omnipotentē deū.
Rōne in libro platonis q̄ besterno die de-
clarauit: legi dixisse deus non factus dñs a
se fact⁹: Quoniam estis orti: immortales quidē
esse et indissolubiles nō potestis: nō tñ dissol-
uimini: neq; vlla vos mortis fata perimēt:
nec erūt valentiora q̄ consiliū meū: q̄ ma-
ius est vinculū ad ppetuitatem vestrā q̄ illa
quibus estis colligati? Totū ad volūtatem
suam redegit deus: qui potest et q̄ impossi-

bile est. Nam quid est aliud: nō potestis esse
immortales: sed vt non moriamini ego facio:
nisi et q̄ fieri nō pōt ego facio? Eolo tamē
aliquid etiā de diuersitate disputare. Rogo
dic mihi: Terra terra est: Aqua aqua ē: Aer
aer est: Ether est celum: Et ignis ille liquid⁹
celum est. Quattuor nempe ista grauida q̄si
cōstruxerunt et edificauerūt mūdum: hoc est
ex his quattuor edificatus ē mūdus. Quod
in imo sit: terra est. Q̄ desup: aqua. Quod
sup aquam: aer est. Q̄ sup aerem: celus est:
ether est. Q̄ corpora solida q̄ tenent atq;
tractantur: non humida dico quē labunt et
fluunt: corpora dico. Tractabilia vnde sūt:
Terre deputanda sunt: an aque: an aeri: an
etheri? Responsur⁹ es: Terre. Terrenū ergo
corp⁹ est lignū? Plane terrenū. In terra na-
scit: in terra alitur: in terra crescit. Tractabi-
le est nō fluxibile. Redi meū ad illū ordinē
ponderū. Terra est in fundamento. Ordinē
sequere. Quid sup terram? Aqua. Quare li-
gnū natat super aquā? Terrenū est corpus.
Si reuoces ad illum ordinem ponderū: sub
aqua esse debuit non supra. Inuenimus in
terra et lignum aquam mediā: subter terram
aquam: et super aquā iterum terram: quādo
quidē lignū terra est. Perdidisti illum ordi-
nem: tene fidē. Ergo terrena corpora inuen-
ta sunt sup elementū q̄ secundū est in ordi-
ne elementorum quando natant ligna neq;
mergunt. Attende aliud q̄ plus mireris.
Corpa ipsa grauisima et tamē terrena moy-
vt dimissa fuerint super aquas: cōtinuo de-
mergunt et ad ima pfunda pueniunt: sicut
ē ferrū: postremo sicut ē plumbū. Quid enī
plūbo grauius? Accedit tamē manus artifi-
cis ad plumbū: facit inde aliquod vas con-
cauū: et natat plumbū sup aquā. Ergo ne nō
deus dabit corpori meo: q̄ dat artifex plū-
bo? Deinde aquam ipsam vbi pontis? Re-
dite ad ordinem elementorū. Lerte respon-
debitis: q̄ aqua sit sup terram. Quare ergo
anteq; in terram currat: pendet in nubibus
flumina? Reuoca nūc p̄siderationē tuam et
cogitationē ad ea q̄ dicitur⁹ sum: si dño adiu-
uāte explicare potuero. Quid facili⁹ moue-
tur: quid velocius agitatur: graui⁹ corpus an
leuius? Quis non respōdeat leuius? Leui-
ora enim corpora facilius mouent: velocius
aguntur: grauiora difficiliter atq; tardius.
Lerte regulam fixisti: certe considerasti: et
circūspectis omnib⁹ respondisti: q̄ facili⁹

Sancti Augustini de tempore.

mouent: et agunt veloci⁹ corpora leuio⁹ q̄
grauio⁹. Ita est dicit. Responde ergo mihi:
Quare leuissima aranea tarde se mouet: et
grauis equus velocit⁹ currit? De ipis homi-
nib⁹ loquar: maius corp⁹ hominis graui⁹ est:
breui⁹ corp⁹ q̄ min⁹ habet poderis leui⁹ ē.
Ita v^o est: sed alius portet. Si autem ipse
homo corpus suum portat: validus currit:
macer languore vix ambulat. Appende ma-
crū et robustū hominē: illū languore vix pau-
cas libellas appendentē: illū salubritate cor-
poris multa pondera in carne sua gerente.

Tempta tu ambos tollere: grauis est vali-
dus: leuis est macilētus. Recedat portator:
appareat ambulator: ipos dimitte sibi: ferat
corpora sua: video validū robustūq̄ cur-
tem. Si hoc valet sanitas: immortalitas quid
valebit? Dabit ergo deus mirā facilitatem:

H mirā leuitatē. Nō sine cā illa corpa spirita-
lia nūcupata sunt: nō iō dicta sūt spiritalia:
q̄a erūt spūs non corpa. Nā ista q̄ modo ha-
bem⁹ dicunt aialia corpa: et tñ aīe nō sunt s̄
corpora: sic illa spiritalia dicunt: sed nō sunt
spiritus: nisi q̄ ad nutū spūs seruiēt. Nihil
tibi contradicit ex te: nihil in te rebellat ad-

So. 5. uersus te: nō ibi erit quod ap̄tus gemit: La-
ro cōcupiscit aduersus spiritū: spirit⁹ aduer-

Ro. 7. sus carnē: nō ibi erit: Uideo aliā legē in mē-
bris meis repugnantē legi mētis meę. Hec
bella ibi nō erūt: pax tibi erit: pax p̄fecta ibi
erit. Tbi volueris eris: sed a deo non rece-
des. Tbi volueris eris: s̄ quocūq̄ ieris deū
tuū habebis. De quo beatus eris: semp̄ cuz
illo eris. Nemo q̄ fallat: nemo argumentet:
nemo sua suspitiōe delizet: Quid nobis p̄-
misi deus? ventur⁹ esse certissime teneam⁹.

I Quādo videbat christus frēs mei: q̄si sp̄ri-
tus putabat: vt se corpus esse psuaderet: nō
solū p̄bebat oculis videndū: sed etiā mani-
bus cōtrectādū. Quib⁹ ad exhibendā fidei
veritatē corpe: dignatus est etiā nō ne-
cessitate s̄ potestate cibū sumere. Tñ adhuc
illis q̄ gaudio trepidātibus: firmamētū cor-
dis adhibuit de sanctis scripturis: et ait illis:

Aug. 24. Hec sunt verba que locut⁹ sum ad vos cum
adhuc essem vobiscū: q̄si necesse est impleri
oīa que scripta sunt in lege moysi et p̄phetis
et psalmis de me. Tñ aperuit illis sensū: sic
euāgelii loquit⁹ q̄d mō lectū est: vt intelli-
gēt scripturas: et dixit eis: Quia sic scriptū ē:
et sic oportebat christū pati et resurgere a mor-
tuis tertia die: et p̄dicare in nomine ei⁹ penitē-

tiam in remissionē peccatorū p̄ omnes gen-
tes: incipientibus ab hierosolymis. Illud
non vidimus: sed hoc videmus. Quando
ista p̄mittebant: nōdum videbant. Ap̄osto-
li christum p̄sentem videbant: sed toto orbe
terrarū diffusam ecclesiam non videbant.
Uidebant caput: et de corpore credebāt: ha-
bemus vices nostras: habem⁹ gratiā disp̄-
sationis et distributionis nostrę ad credendū
certissimis documētis: tempora nobis in
fide sunt distributa. Illi videbant caput et
credebant de corpore: nos videmus corpus
credamus de capite.

**Seria quarta Pasce: de eo quod
scriptū est i euāgelio s̄m Iohannē:
Manifestauit se iterū iesus ad ma-
re tyberiadis etc. Sermo I**

E hodie lectio recitata est de his q̄
facta sunt post resurrectionē dñi: s̄m
euāgelistā iohannē. Audiuit nobis

cū charitas vestra dominū iesum christū ad
mare tyberiadis ostēdisse se discipulis suis:
Et qui eos iō fecerat piscatores hoim: inue-
nit eos adhuc piscatores pisciū. Per totam
noctem nihil cep̄erunt: viso autē dño et eo lu-
bente: retia mittentes cep̄erūt quātū nume-
rū audistis. Nunq̄ hoc domin⁹ iuberet: nisi
aliquid significare vellet: q̄d nobis nosse ex-
pediret. Quid q̄ pro magno potuit ad iesū
christū p̄tinere: si pisces caperent: aut si non
caperent? Sed illa piscatio: significatio no-
stra erat. Recordamini q̄ vobiscū duas istas
piscationes discipuloꝝ factas esse iubēte dño
iesu christo: vnam ante passionē: alterā post
resurrectionē. In his q̄ duab⁹ piscationib⁹
tota figurat ecclesia: et qualis mō: et q̄lis erit
in resurrectione mortuoz. Adhodo habet est
sine numero multos bonos et malos: post re-
surrectionē autē habebit certo numero solos
bonos. Recordamini ergo primā piscatio-
nem: vbi videamus ecclesiaz qualis est isto
tempore. Domin⁹ iesus inuenit discipulos
suos piscantes: quando primū eos vocauit
vt sequerent⁹ cum. Tunc tota nocte nihil ce-
perunt: Eo autē viso audierunt ab illo: mit-
tite retia. Domine inquit per totam no-
ctem nihil cepimus: sed ecce i verbo tuo mit-
timus. Adiserūt: iubēte omnipotēte. Quid
tñ codē ip̄o facto: aliqd nob vt dixi q̄d nosse
expediāt significare dignatus ē. Adilla sūt

Ser. C. XLVIII. Feria quarta pasche: Ser. I.

retia. Adhuc dñs nondū erat passus: nōdū
 resurrexerat: missa sunt retia: ceperūt tantū
 pisciū vt duo nauigia implerent: et ipsa retia
 eadem pisciū multitudinē scinderent. Tunc
 illis dixit: Venite et faciā vos piscatores ho-
 minū. Acceperūt ab illo retia verbi dei: mi-
 serūt in mundū tanq̄ in mare pfundū: cepe-
 runt quāta; multitudinē christianorū cerni-
 m^o et miramur. Duo autē illa nauigia: duos
 populos significabant: iudeorū et gentiū: sy-
 nagoge et ecclesie: circūcisionis et p̄putij.
 Illorū enī duorū nauigiorū tanq̄ duorū pa-
 rietū de diuerso venientū: lapis angularis
 est christus. Sed quid audiūim^o? Ibi h̄me-
 bant nauigia p̄ multitudinē: sic fit modo:
 multi christiani qui male viuūt ecclesiā p̄-
 mūt. Parū est quia h̄munt: et retia dirum-
 punt. Nam si nō essent retia scissa: scismata
 non essent cōmissa. Trāseamus ergo ab ista
 piscatione quā toleram^o: et ad illā veniamus.
 Ardentē optamus: et fideliter exoptamus.
 Ecce dñs mortu^o est: sed resurrexit: apparuit
 ad mare discipulis suis: iubet eos retia mit-
 tere. Nō quomodoq̄q̄ intendite. Nam in
 p̄ma piscatione nō illis dixit: Abiitite retia
 in dexterā aut sinistrā. Ne soli mali vel soli
 boni significarent si diceret: in dexterā: ideo
 nō dixit: vel in sinistrā: quia p̄mixti erāt ca-
 piendi boni cū malis. Jam mō post resurre-
 ctionē qualis erit ecclesia audite: discernite:
 gaudete: sperate: cōprehēdite. Abiitite inq̄t
 retia in dexterā partē. Jam dexteri capunt:
 nulli mali timeant. Scitis enī qui dixit sese
 paraturū esse oues a dexteris: dicitur: Acci-
 pite regnū: Ecce vnde mittit retia? In dex-
 terā partē miserūt: ceperūt: cert^o est numer^o:
 nemo est ibi sup numerū. Adodo autē quātū
 sup numerū accedūt ad altare: qui in popu-
 lo dei vident^o: et in libro vitę nō scribunt. Ibi
 ergo certus numer^o est. De quib^o piscibus et
 vos esse affectate: non audiēdo tantū et lau-
 dādo: sed intelligēdo et bene viuēdo. Abiit-
 unt h̄ retia: capiunt pisces magni. Quis ē
 enī ibi tunc paruus: quando erunt equales
 angelis dei? Lapiunt h̄ pisces magni: centū
 quinquaginta et tres. Dicit mihi aliquis. Et
 tot erūt sancti? Absit a nobis: vt tantā pau-
 citatē esse sanctorū et in illo regno futurorū
 etiā de sola ista ecclesia suspicemur. Certus
 numerus erit: sed milia milia erunt de popu-
 lo israelitico. Iohānes sanct^o i Apocalypsi
 de solo ipso israel duodecies duodena milia

dicit futuros: qui se cum mulieribus nō co-
 inquinauerūt: virgines enī p̄manserunt. At
 dō de ceteris gentibus venire dicit cū stolis
 albis tanta milia hominū: que numerare ne-
 mo potest. Aliquod ergo signū vult iste nu-
 merus: et anniuersaria solennitate sermonis
 huius cōmemorare vobis debeo: q̄b omni
 anno soletis audire. Lentū quinquaginta et
 tres pisces: numerus est significās milia mi-
 liū sanctorū atq; fidelium. Quare ergo isto
 numero tot milia que futura sunt in regno
 celorū: domin^o significare dignatus est? Au-
 dite quare. Scitis legem datā esse p̄ moysen
 populo dei: et in ipsa lege p̄cipuū cōmemo-
 ri decalogū: id est decē p̄cepta legis: Quorū
 est vnū p̄ceptum de colendo vno deo: secū-
 dum p̄ceptum de obseruatione sabbati: q̄b
 christiani spiritualiter obseruāt: iudei carna-
 liter violant. Ista tria p̄cepta ad deum p̄ti-
 nent: reliqua septem ad homines: p̄pter duo
 illa principalia: Diliges dominū deū tuum
 i toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex to-
 ta mente tua: et diliges p̄ximū tuū tanq̄ te
 ipsum. In his duobus mandatis: tota lex
 pendet et propheta. Quia ergo duo sunt ista
 p̄cepta in illo decalogo: tria p̄tinent ad dile-
 ctionem dei: et septem ad dilectionē p̄ximī.
 Quę sunt septē p̄tinetia ad hominē: hono-
 ra patrem tuum et matrē: nō m̄chaberis: nō
 occides: nō furaberis: nō falsum testimoniū
 dixeris: nō cōcupisces vxorem p̄ximī tui: nō
 cōcupisces rem p̄ximī tui. Hęc decē p̄cepta
 nemo implet viribus suis: nisi adiuet gra-
 dei. Si ergo legē nemo implet viribus suis:
 nisi deus adiuet spū suo: iam recolite quē-
 admodū spūs sanctus septenario numero cō-
 mendat: sicuti sanct^o p̄pheta dicit: imple-
 dū hoīem spū dei: sapiētie et intellectus: cōs-
 lū et fortitudinis: sciētie et pietatis: spū timo-
 ris dei. Iste septē opatiōes cōmēdat septē-
 nario numero spūs sanctū: qui q̄si descendēs
 ad nos: incipit a sapiētia: finit ad timorem:
 Nos autē ascēdētes incipim^o a timorē: p̄fici-
 mur in sapiētia. Initiū enim sapiētie timor
 dñi. Si h̄ spū opus est vt lex possit impleri:
 accedāt septē ad decē: sit numer^o decem et se-
 ptē. Si cōputes ab vno vsq; ad decē et septē:
 sūt centū quinquaginta et tres. Nō opus ē oīa
 annumerare: apud vos nūerate: sic cōputa-
 te: vnū et duo et tria et quattuor: sūt decē. Quō
 decē sūt vnū et duo et tria et quattuor: sic adde ce-
 teros nūeros vsq; ad decē et septē: et inuenis

Ward. 1.
 Luc. 5.
 Mat. 20.
 Mat. 5. 22.
 Eccl. 11.
 Eccl. 1.
 Eccl. 14.

Exo. 20.
 Mat. 5. 22.
 Eccl. 11.
 Eccl. 1.

Ser. C. XLIX. Feria quarta pasche: Ser. II.

numerū sacratum fidelium atq; sanctorū in
celestibus cum dño futurorū.

Sermo
C. XLIX
A

Eodem die: Sermo II

Hodie terminatū est de bis que nar-
rat Iohānes: quomō apparuit do-
minus post resurrectionē discipulis
suis. Compellauit ergo apostolū petrū illū
psumptorē et negatorem cum loqueret: et iā
vltius morte deuicta et dicebat: Simon io-
hannis. Sic enim appellabat petrus: Amas
me. Respōdebat ille qđ erat in corde ipsius:
Si petrus respōdebat qđ in corde habebat:
dominus quare querebat qđ corda videbat?
Deniq; ipse etiā petrus mirabat: et cum quō-
dam tedio audiebat querebat quē nouerat
oīa scientē. Semel dictū est: Amas me. Re-
sponsū est: Diligo te tu scis. Et iterū: Amas
me: Dñe tu oīa nosti: tu scis qđ diligo te. Et
tertio: Amas me: Contristat⁹ ē pet⁹. Quid
contristaris petre? Quia respondes amorē:
oblitus tuū timorē. Sine interroget: inter-
roget te dominus: medicus est qui te inter-
rogat: ad sanitatē ptinet quod interrogat.
Noli tedio affici. Expecta: implet numerus
dilectionis vt debeat numerū negationis:
vbiq; tamen idem in ipso ternario numero
interrogationis suę dominus iesus respon-
denti amorē cōmendat agnos suos: et dicit:
Pasce oues meas: tanq; diceret: Quid retrī-
bues: quia diligis me: dilectionē ostende in
ouibus? Quid tibi p̄stas: quia diligis me:
quādo ego tibi p̄stiti vt me diligeres? Si
dilectionē tuā erga me habes: vbi ostendas
habes vbi exerceas: pasce agnos meos.
Quatenus autē essent pascendę agni domi-
nici oues: tanto p̄cio compate: quāta essent
dilectione pascendę: in cōsequētib⁹ demon-
strauit. Postq; enim petrus impleto legiti-
mo numero tring responsōis: p̄fessus est se
esse domini dilectōrē: cōmendat⁹ sibi ouib⁹
eius: audit de sua futura passiōe. Hic demō-
strauit dñs sic diligendas oues suas ab eis
qbus eas cōmendat vt pari sint mori p̄ eis.
Sic idem iohānes in epistola sua ait: Sic p̄
nobis christus animā suam posuit: sic et nos
debemus p̄ fratribus animas ponere. Re-
sponderat ergo dño petrus p̄ superbā qua-
dam psumptionē: qđ ei dixerat: Animā meā
pro te ponā. Nondū vires acceperat quib⁹
impleret p̄missū. Adodo iā vt possit hoc im-
plere: charitate implet. Ideo dicit: Amas

me. Et respōdet: Amo: qđ hoc nō implet nisi
charitas. Quid est ergo petre? Qñ negasti
quid timuisti? Totū quod timuisti: hoc erat
mori. Tūc tecū loquit quē mortuū vidisti:
noli iā timere mortē: in illo vita ē quā time-
bas. Pependit i cruce: cōfixus ē clauis: spi-
ritū reddidit: lancea p̄cussus ē: in sepulchro
positus. Hoc timuisti qñ negasti: ne h̄ pate-
reris timuisti: mortē timēdo vitam negasti.
Adodo intellige: Qñ timuisti mori tūc mor-
tuus es. Adortuus est em negando: sed sur-
rexit plorando. Quid deinde ait illi? Seqre
me: sciēs ei⁹ maturitatē. Si em meministi:
imo meminerit qđ legerat. Dixit petrus: Se-
quar te quocūq; ieris. Et dñs ad illū: Non
potes me sequi modo: sequeris aut postea.
Adodo inqđ nō potes: p̄mittit: sed ego vi-
deo vires tuas. Ego venaz cordis inspicio:
et qđ verū est egrotō renūcio: Nō potes me
mō sequi: seqris aut postea. Sz ista renūcia-
tio nō est desperatio. Adiunxit et ait: sequeris
aut postea. Eris sanus et seqris me iā. Quia
vidit qđ agat in corde ipsius: et vidit qđ donū
dederit dilectōis aī ipsius. Dicit ei: Seqre
me. Ego certe dixerā: Nō potes mō: ego mō
dico: sequere me. Resperit petrus ad disci-
pulū quē diligebat iesus: id est ad ipm iohā-
nē qui euāgelii hoc scripsit: et ait dño: Dñe
iste qđ? Scio qđ diligis eū: quō ego sequor: et
ipse nō sequit⁹? Ait dñs: Sic eū volo manere
donec veniā: tu me sequere. Ipse dō euāge-
lista: ipse qđ scribit de quo dictū est h̄: Sic eū
volo manere donec veniā: secutus adiunxit
verba sua in euāgelio et ait: natā fuisse samā
inter fratres propter hoc verbū: qđ discipul⁹
ille nō esset mortur⁹. Et vt tolleret istā opi-
nionē adiunxit: Nō aut dixit eū nō esse mo-
riturū: sed tñ dixit: Sic eū volo manere do-
nec veniā: tu me sequere. Hanc ergo opinio-
nem qua putabat iohānes non esse mortu-
rus: abstulit ipse iohānes verbis suis conse-
quētibus: ne hoc credat: et ait: Non hoc di-
xit dominus: sed hoc dixit. Quare autē hoc
dixerit: iohānes nō exponit: sed nobis reli-
quit: propter qđ pulsamus si forte aperiat
nobis: Quātum mihi dominus donare vi-
gnat: quātum mihi videt. Videt autē et me-
lius melioribus: sic puto istam solui questio-
nem duobus modis: aut de passione petri
dixit dñs qđ dixit: aut de euāgelio iohānis
qđ ē de passiōe: vt hoc: seqre me: sit patere p̄
me: patere qđ ego. Crucifix⁹ est em xps: cru-

Ser. C. L. Feria quinta pasche: Ser. I

fixus est et petrus. Expertus est clauos: expertus est cruciatus. Iohannes autem nihil horum expertus est: hoc est: Sic eum volo manere: sine vulnere: sine cruciatus: dormiat et expectet me: tu me sequere. Patere quod ego: sanguinem fudi pro te: funde pro me. Uno ergo isto modo exponi potest quod dictum est: Sic enim volo manere donec veniam: tu me sequere. Nolo ut ipse patiat: tu patere. Secundum autem euangelium Iohannis: hinc modo videtur intelligi: quod petrus scripsit de domino: scripserunt et alij: scriptura eorum magis circa humanitatem domini videtur occupata. Dominus enim christus et deus est et homo. Quid est homo? Anima et caro. Quid autem christus est? Verbum: anima et caro. Sed qualis anima? Raz et pectora habet aias. Verbum: rationalis anima et caro: hoc totum christus. Sed de diuinitate in litteris petri non aliud: In euangelio autem Iohannis multum memini: In principio erat verbum. Ipse dixit: Transcendit nubes: et transcendit sidera: transcendit et angelos: transcendit omnem creaturam: puenit ad verbum pro quod facta sunt omnia. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: omnia pro ipsum facta sunt. Quis videt: quis cogitat: quis digne suscipiat: quis digne pronunciet? Tunc hunc quod bene intelligit quando christus venerit: Sic enim volo manere donec veniam: exposui sicut potui: potest ipse melius in cordibus vestris.

Item eodem die Homelia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Iohannem: Manifestauit se iterum iesus ad mare Tyberiadis etc. que habet in expositione doctoris Iohannis de

Feria quinta Pasche: Sermo I

Genus ille legalis cuius imolatione antiquus hebreorum populus egyptice seruitutis iugum abiecit: quomodo multimodis sacramentis veriorum sancte ecclesie hostiam in figura sui contineat: tunc potissimum ipsa rerum veritate probatum est: quando pascha nostrum imolatus est christus: qui sicut ovis ad occisionem ductus est: et sicut agnus coram tondente se sine voce: sic non aperuit os suum. Iste est agnus qui in altari crucis hostia viua deo patri pro nobis in odorem suauitatis oblatas: transfertur nobis de regione umbrę mortis ad terram re-promis-

sionis patefecit. Iste est inquam qui simul victimam et sacerdos: omnem veteris sacerdotum et sacrificij umbram clara luce reuelando figuris et enigmatibus sinem imposuit: nouo autem ecclesie populo nouum sacerdotum et nouum sacrificium instituit: ut videlicet nouum vinum in tres novos mitteret. Quod si granum frumenti cadens in terram et mortuum tam mirabiliter omnia inouauit: multo magis in seipso rediuuatum cum fructu multiplicato resurgens cuncta secundauit: et non solum spiritualibus rationabilis terre incrementis: sed et ipsis quoque terrenis seminibus hoc tempore ampliore puentum dedit. Unde modo in germina erupentis terre tota hilarior facies vario suorum fructuum ornatu omnem hactenus quasi mortuam rerum naturam resurgenti suo domino coresuscitat: vbi arborum et herbarum grata venustas: diuerso quidem germine munere pari tamē gestu leticie: singulari huic solennitati festiua occurrit. De celi autem nunc usque quodammodo tristi: tandem vero leticia quid dicam: que aliquandiu iam densa caligine nubium adoperta aeris huius spaciū omne turbauit: Et ecce repente quasi iusticia de celo in terram prospiciente mira serenitas mundo arridet: et in vna leticia celi et terre vota concurrunt: ut deum et hominem christum communi exultatione excipiant: qui communem vtriusque pacem afferre venerat: et medium parietem macerie soluens: fecit vtriusque vnum. Hinc astrozum omnium fomes: splendor ille solaris suam frontem admodum rugatam iam iamque expurgat: et quasi rex conspicuus in diademate capitis sui: in die desponsationis sue: et in die leticie cordis sui ceteris stellis velut comitibus suis largiora luminis sui dona impendit. Luna enim ab ipso ortus sui die semper in quodam sui dispendio posita: ad paschalia gaudia pleno se lumine parat. Et ut cuncta breuiter perstringam: sicut omne quod in rebus subsistit diuina dispensatione hominis imperio seruit: sic de salute humana omnibus vna exultatio incumbit. Cum igitur pro homine omnis creatura tantis indicij sua gaudia monstret: consequens est ut ab hominibus ipsis testimonia tali leticie non desint. Pro figurata est in protoplasto adam christi resurrectio: quia sicut ille post soporem surgens: etiam de latere suo fabricatam agnouit: ita christus a morte resurgens ex vulnere lateris sui edificauit ecclesiam. Hoc quoque vir

Matt. 9.

Iob. 12.

B

Ps. 84.

Iob. 12.

Ps. 124.

Sci. 2.

Sci. 9.

Sancti Augustini de tempore.

agricola cum plantasset vineā: et inebriatus vino obdormisset: et discopertus iaceret in tabernaculo suo: expergefactus a somno filio suo verecūdiā suā nō celanti maledictū perpetuē seruitutis imponēs: christū significauit: qui vineā suam fecit ecclesiā: cui amore poculo passiōis inebriat: et assumptę carnis tegmine nudatus a mortuis resurrexit: sicut **Canth. 5.** ipse ait i canticis: Expoliaui me tunica mea: quomō induar illa? **Jonas** dō qualiter et ipse in se dñi mortē et resurrectionē exp̄sserit: euāgelicus sermo apte declarat. Quia igit fratres omnis creatura quodā charitatē officio nostrę saluti cōgaudet: nostrū est ex hoc nobis in vsum viuendi aliquid trahere: ne cōmunis omnīū leticia ius suū in nobis amittat: quos causę totius summa in capite spectat: et p̄mū quidē velut oues pascuę dñi in **Ro. 12.** ara cordis igne charitatē assati: nosmetipsos offeram⁹ hostiā viuente: sanctā: deo placente: et azymis cōtinentię: mortificata tā habētes membra nostra que sunt sup terrā: id est fornicationē: immūdiā: et cetera vitiorū ergastula declinemus: et in statione virtutū sedem nobis aptemus: mortuis quoq; operibus abrenūciantes: fructum optimū vt terra bona afferamus: exemplōq; bonę arboris in omni bonitate et iusticia fructificem⁹. **He** dō et claritas solis nostrę desit cōuersationi: **Matth. 5.** luceat lux nostra corā hominib⁹ vt videāt opera nostra bona: et glorificēt patrē nostrū qui in celis est. Si igit ita agentes vltimus nos dies inuenerit: erit nobis quę in p̄mio ipsa quoq; corporū resurrectio: vbi cū christ⁹ apparuerit vita nostra: tūc et nos apparebim⁹ cū ip̄o in gloria: qui viuūt et regnat deus per omnia secula seculorū: Amē.

Ser. C. LI. Eodem die: Sermo II

A se se habet fratres charissimi: Sic se habet miseria nostrę conditionis et dei miseratio: vt tempus męsticię: tempus leticię p̄cedat: id est vt prius sit tempus męsticię: posterius tempus leticię. Pri⁹ sit tempus laboris: posterius quietis: prius sit tempus calamitatis: posterius felicitatē. Sic se habet miseria nostrę conditionis vt dixim⁹ et diuina miseratio. Tempus em̄ męsticię laboris miserię peccata nra nob repererunt. Tempus dō leticię quietis felicitatis: nō venit de meritis nostris: sed de grā saluatoris.

Aliud meremur: aliud speram⁹. Meremur mala: speram⁹ bona. Hoc facit misericordia eius qui creauit nos. Sed tempore miserię nostrę et sicut scriptura loquit: diebus natiuitatis nostrę nosse debemus vnde debeat esse ipsa tristitia. Tristitia em̄ sic est: quomō stercus. Stercus nō loco suo positū immūdiā est. Stercus nō loco suo positū: immūdam facit domū: loco suo positū fertilē facit agrum. Videte stercois locum ab agricola p̄uisum. **Ait** ap̄tus: Et quis est qui me letificet: nisi qui cōtristatur ex me? Et alio loco: Tristitia inquit fm deū penitentiā in salutem impentendā operat. Qui fm deum tristis ē: in penitentiā tristis ē de peccatis suis. Tristitia de iniquitate p̄p̄iā iusticiā parturit. Pri⁹ tibi displiceat qd es vt possis eē qd non es. Que fm deū est inquit tristitia: penitentiā in salutē impentendā operat. Penitentiā inquit in salutē. Qualē salutē? Impentendā. Quid est impentendā? Qui⁹ te omnino penitere non possit. Habuimus em̄ vitā cui⁹ nos debuimus penitere: habuim⁹ vitā penitendā: sed non possumus puenire ad vitā impentendā nisi p malę vitę penitentiā. Nūquid fratres vt dicere cōperam⁹ in massa tritici purgata iuenies stercus? Ad illum nitorem: ad illam speciē et pulchritudinē p stercus puenit: reipublicę scditas via fuit. **A** merito etiā domin⁹ dicit in euāgelio de quadā arbore infructuosa. **Jā** ecce triennū est qd venio ad eam: et fructū in ea non inuenio: p̄cidam illam: ne mihi agrum impediāt. Intercedit colonus: Intercedit iam securi imminente infructuosis radicibus: et pene feriente: intercedit colonus: quomō intercessit deo moyses. Intercedit colonus et dicit: Domine dimitte illam et hoc anno: **C**ircūfodio ei et adhibeo cophinū stercois: si fecerit fructū bene: si quo minus: p̄cidet eam. Arbor ista genus est humanū. **T**ristitavit istam arbore domin⁹ tpe patriarcharū: quasi p̄mo anno. **T**ristitavit eam tpe legis et p̄phetarū: quasi secūdo anno. **E**cce in euāgelio tertius annus illuxit. **J**am quasi p̄cidi debuit: sed interpellat misericors misericordē. **Q**ui em̄ se volebat exhibere misericordē: ip̄e sibi opposuit intercessorē. **D**imittat inqt hoc anno: circūfodiat ei fossa: lignū est hūilitatis: adhibeat cophinus stercois: si forte det fructū: imo qd dat fructū: ex pte non dat fructū: veniet dñs ei⁹ et diuidet eā. **Q**uid est

Ber. C. LI. Feria quinta pasche: Ber. II

diuidet: Quia sunt boni et sunt mali. Adodo autem in vno cetera tanquam in vno corpore sunt constituti. Ergo fratres mei ut dixi: Stercoris locus opportunus dat fructum: improprie autem locum facit immundum. Nescio quomodo tristis est: Inueni nescio quem tristem: Stercus video: locum quero: dic amice unde tristis es? Perdidit inquit pecuniam. Locum imundum: fructus nullus: audiat apostolum: Tristitia mundi morte operatur. Non solum fructus nullus: sed magna perniciosa. Sic et de ceteris rebus ad gaudia secularia pertinentibus: quas res longum est enumerare. Video alium tristem: gementem flentem: Abultum stercoreis video: tibi locum quero. Et cum viderem tristem: flentem: inspexi et orantem. Orans nescio quid mihi bonae significationis ingessit. Sed adhuc locum quero. Quid enim si iste orans: gemens: magno fetu morte roget inimicis suis? Etiam sic iam ploreat: iam rogat: iam orat: locus imundus: fructus nullus. Plus est quod inuenimus in scripturis: Rogat ut moriatur inimicus ipsi: incidit in maledictionem iude. Oratio eius fiat in peccatum. Inspexi alium rursus gementem: flentem: orantem: stercoreis agnosco: locum quero. Intendi autem orationi eius: et audito dicentem: Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi: Semit peccatum: Agnosco agrum: expecto fructum: Deo gratias. Bono loco est stercoreis: non ibi vacat: fructum parturit. Hoc est vere tempus fructuosae misericordiae: ut conditionem mortalitatis nostrae: abundantiam temptationum: surreptiones peccatorum: aduersitates cupiditatum: rixas concupiscentiarum contra bonas cogitationes semper permultuantium doleamus: hinc tristes simus. Hoc tempus misericordiae nostrae et gemitus nostri: qua draginta dies illi significat ante pascha. Leticia vero quae posterior erit: quietis felicitatis: vite eterne: regni sine fine: quod nondum est: his diebus quinquaginta quibus diebus deo laudes dicuntur: significat. Significant enim nobis tempora: vnum ante resurrectionem domini: alterum post resurrectionem domini. Tunc in quo sumus: alterum in quo nos futuros esse speramus. Tempus meroris quod significat dies quadragime: et significamus et habemus. Tempus autem leticiae et quietis et regni quod significat dies ista: significamus per alleluia: sed nondum habemus laudes. Sed nunc suspiramus ad alleluia. Quid est alleluia? Laudate deum. Sed nondum habemus laudes in eccle-

sta frequentant laudes dei post resurrectionem: quia nobis erit perpetua laus post resurrectionem nostram. Domini passio tempus nostrum significat in quo nunc stemus. Flagella: vincula: contumelie: sputa: spinea corona: vinum fellitum: in spongia acetum: insultatio deo: opprobria: postremo ipsa crux: in ligno membra sacra pendentia: quod nobis significat nisi tempus quod agimus: tempus meroris: tempus mortalitatis: tempus temptationis: Ideo secundum tempus: sed fecunditas ista stercoreis sit in agro: non in domo. Ad hoc sit de peccatis non de cupiditatibus fraudatis. Secundum tempus: si bene utatur: fidele tempus. Quid fecerit agro stercoreato? Pulchrior: fuit ager ante quod copiam stercoreis haberet: perductus est ager ad fecunditatem ut veniret ad ubertatem fidei. Ergo fecunditas huius temporis signum est: si nobis sit ista fecunditas tempus fertilitatis. Videamus ergo cum propheta quid dicat: Vidimus eum. Qualis? Non habentem speciem neque decorum. Quare? Alius propheta interrogat: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Dinumerata sunt ossa pedentis. Secunda species: crucifixi species: sed ista fecunditas pulchritudinem parturit. Quam pulchritudinem? Resurrectionis: Quia speciosus forma patris filijs hominum. Laudemus ergo fratres dominum: quia eius fidelis promissa retinemus: nondum accepimus. Parum putatis: quia promissorem tenemus: ut iam debitorem exigamus? Promissor deus debitor factus est bonitate sua: non arrogancia nostra. Quid ei debemus ut eum debitorem teneamus? An forte quod audistis in psalmo: Quid retribuam domino. Primo quoniam dicit: Quid retribuam domino: verba sunt debitoris: non debitum exigentis. Prærogatum est illi: Quid retribuam domino. Quid est: quid retribuam? Respondam. Pro qua re? Pro omnibus quae retribuit mihi. Quid retribuit mihi? Primo nihil erat et fecit me: perieram quasi inuenit me: captiuum redemit me: emptum liberavit me: de seruo fratrem fecit me. Quid retribuam domino? Non habes quod retribuas. Quando ab illo totum expectas: quod habes retribuere? Sed expecta. Nescio quid vult dicere. Cur quirit? Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Circumspiciens vndique quid retribuatur: quasi inuenit. Quid inuenit? Laticum salutaris accipiam. Retribuere cogitabas: adhuc accipere querebas. Unde rogo? Si adhuc accipere querebas: adhuc debitor eris quando retribu-

Mat. 5. 27.

Eccl. 53.

Ps. 21.

Ps. 44.

Ps. 115.

t

Ser. C. LII. Feria sexta pasche: Ser. I.

tor. Si ergo semp debitor eris: quādo retri-
bues? Non inuenis quōd retribuas: nisi quod
dederis non habebis. Uide quando dice-
bas: Quid retribuā: ad illud p̄tinet quōd dixi-
sti: Omnis homo mēdax. Qui enī voluerit
dicere: quia retribuet aliqd̄ deo: mēdax est:

(Omnia ab illo speranda sunt: a nobis ip̄s
p̄ter illū nihil nisi forte peccatū) et mēdaciū
de suo loquit. Vere plene de suo abundat
homo: mendaciū oīno hic habet et thesaurū
mendaciorū: cor suū mentiat quātum potest
nō deficit: fingat quicquid potest: mentiat quic-
quid potest. Quare? Quia quōd gratū habet: de se
habet: nō illud emitt. Quā veniſ ad veritatē:
si verax vult esse: nō erit de suo. Adēdax pe-
trus de suo. Ubi mēdax? Premisit nob̄ dñs

Matt. 16.
Ps. 115.

passionē: et dicit: Absit a te: nō fiat illud. Dis
homo mēdax. Unde mēdax? Ipsum domi-
nū audi: Non sapiſ que dei sunt: sed quę sunt
homis. Verax autē petrus. Quādo? Tu es
christus fili⁹ dei viui. Unde ista veritas ho-
mini mēdaci? Ecce homo dicit: Tu es christ⁹
fili⁹ dei viui. Quis dicit? Petr⁹. Quid erat
petrus? Homo qui dixit verū. Lerte omnis
homo mēdax. Ecce: ecce lingua ei⁹: ecce lin-
gua de lingua eius. Quomō omnis homo
mendax? Audi: quia omnis homo mendax: quia
de suo. Ergo vnde petrus verax? Audi ipsā
veritatē: Beatus es simon bariona. Unde
beatus? De suo? Absit: quia tibi nō reuela-
uit caro et sanguis: sed pater meus qui in cę-
lis est. Laudemus ergo dominū fratres cha-
rissimi: laudemus deū: dicamus alleluia. Si
gnificemus istis dieb⁹ diem sine fine. Signi-
ficemus locum immortalitatis: tempus imor-
talitatis. Festinemus ad domū eternā. Be-
ati qui habitant in domo tua: in secula secul-
orum laudabunt te. Lex dicit: scriptura di-
cit: veritas dicit: Venturi sumus ad domū
dei que est in cęlis. Ibi non quinquaginta
diebus deum laudabimus: sed quēadmodū
scriptum est: In secula seculorū. Videbim⁹:
amabimus: laudabimus. Nec quōd videbim⁹
deficiet: nec quōd amabimus p̄bit: nec quōd lau-
dabim⁹ tacebit. Sempiternū totū erit: sine
fine erit. Laudem⁹: laudem⁹: s̄ nō solis vo-
cibus: laudem⁹ et morib⁹: laudet lingua: lau-
det vita: sed habeat charitatē infinitā cū vi-
ta iesum christū dominū nostrū: qui etc.

Ps. 53.

Item eodem die: Homelia de eo
quod scriptum est in euangelio fm

Jobannē: Maria stabat ad monu-
mentū etc. que habet in expositiōe
doctoris Ibi dem.

Feria sexta Pasche: Sermo I Ser. C.

Arrationē resurrectionis dñi n̄si iesu
n̄ chri fm euangelistā Jobannē hodie
lectam scitis: et cōmendauerā vobis
fm omnes quattuor euāgelistas istis dieb⁹
resurrectionē dñi recitari. De his ergo quę au-
distis illud tantū solet moueri: quare dixerit
dñs iesus mulieri querenti corpus eius: et eū
iam viuū agnoscenti: Noli me tangere: nō-
dum enī ascendi ad patrē meū. Dixi autē vo-
bis et meminisse debetis: non omnia omnes
dicere: sed dici ab alijs que ab alijs p̄termis-
sa sunt: non tamen ita vt inter se repugnare
credendū essent: sed absit cōtentio: et assit pie-
tas intelligētis. Nam sicut legim⁹ apud euā-
gelistā mattheū: postea quā resurrexit occurrit
duabus mulierib⁹: in quib⁹ et ista erat: Et di-
xit eis: Auete. Illę autē accesserunt et tenuerunt
pedes eius: et adorauerunt eū. Et vtiq̄
ad patrē nōdum ascenderat. Quomō huic
dicit: Noli me tangere: Nōdū enī ascendi
ad patrē meū? Sic enim verba ista videns
sonare: quasi tunc eū posset tangere maria:
quā ascēdisset in cęlū. Si in terra positū non
tangit: in cęlo sedentē quis mortalīū potest
tangere? Sed ille tactus: fidē significat. Tan-
git christū: quōd credit in christū. Nā et illa muli-
er quę fluxū sanguinis patiebatur: apud seipsā
ait: Si tetigero simbriā vestimētī eius: salua
ero. Fide tetigit: et sanitas subsequuta est quā
p̄sumpsit. Deniq̄ vt nos sciam⁹ quōd sit vere
tangere: dñs continuo dixit discipulis suis:
Quis me tetigit? Et dixerūt discipuli: Tur-
be te cōprimūt: et dicit quōs me tetigit? Et ille:
Tetigit me aliq̄s. Quasi diceret: Turba p̄-
mit: fides me tangit. Uideſ ergo ista maria
cui dixit dñs: Noli me tangere: nōdum enī
ascēdi ad patrē meū: ecclie gestare p̄sonā: quę
tūc in christū credidit: cū ascēdisset ad patrē.
Ecce vos interrogo quā credidistis: interro-
go ecclie toto orbe terrarū diffusam: cuius
p̄sona erat i vna fēmina: et vna voce mihi re-
spōdet. Tūc credidit cū ies⁹ ascēdisset ad pa-
trē. Quid ē tūc credidit: nisi tūc tetigit? Abul-
ti carnales christū tūc nōdū hoīem putauerūt:
diuinitatē in illo latentē nō intellexerūt: et iō
bene nō tetigerūt: quia nō bñ crediderūt. Uis

Ser. C. LIII. FERIA sexta pasche: Ser. II

bene tangere? Intelligit christum ubi est patri
coeternus: et tetigisti. Si autem hominem putas et
nihil amplius putas: tibi nondum ascendit ad
patrem. Adhibuit ergo dominus iesus speciem corporis
hominis sensibilem: ad confirmandam carnis resur-
rectionem. Nihil nos docere voluit ostendendo
se vivum in corpore post resurrectionem suam: nisi
ut credat a nobis resurrectio mortuorum: do-
nec veniat dominus et illuminet abscondita tenebra-
rum. Quid est hoc? Audi quod sequitur: Et mani-
festabit cogitationes cordis. Nos videre dei
est: hominum autem non est: nisi de his quae manife-
sta sunt iudicare. Adhuc ergo cogitationes nostrae
nobis ipsis singulis quibusque in luce sunt: quod
nouimus eas: sed proximis nostris in tenebris
sunt: quod non vident eas. Ibi quod nosti cogi-
tare: et alter sciturus est. Quid times? Adhuc
vis abscondere: modo times publicare cogi-
tationes tuas. Forte enim aliquid mali ali-
quando cogitas: forte aliquid turpe: forte ali-
quid vanum. Nihil ibi nisi bonum: nihil ibi nisi
bonestum: nihil ibi nisi verum: nihil ibi nisi pu-
rum: nihil ibi nisi sincerum. Quando ibi fueris:
quid cogitabis? Quomodo vis videri modo fa-
ciem tuam: si tunc voles videri conscientiam tuam?
Ibi et ipsa agnitio charissimi: nonne omnino no-
strum erit? Ibi erit inuicem agnitio. Sic vide-
bunt omnes et multo excellentius: quomodo hic solent
videre prophetae. Diuine videbunt: quasi de deo
pleni erunt: nec quod offendet erit: nec quod lateat
cogitatorum. Erunt ergo ibi membra integra: etiam
quae hic pudenda: ibi tamen pudenda non erunt.
Non ibi erit sollicitudo integritatis decus: ubi
non erit libidinis dedecus. Ecce etiam hic ubi
omnium nostrorum operum necessitas mater est:
quae necessitas tunc non erit: tamen inuenimus
aliqua quae deus posuit in corporibus ad nul-
los usus: sed ad solam decus. Nulla ibi erit cor-
ruptio: nulla deformis prauitas: nulla erum-
nosa necessitas: sed interminatae eternitatis
pulchra veritas: summa felicitas. Sed dicis
mibi: Quid acturus sum? Nulla actio tibi
videbitur stare: videre: amare: laudare? Ecce di-
es sunt sancti: qui post resurrectionem domini ce-
lebrant: significant futuram vitam post resurre-
ctionem nostram. Sicut enim quadragesime dies
ante pascha significauerunt laboriosam vitam
in hac erumna mortali: sic isti dies leti signi-
ficant futuram vitam ubi erimus sine fine cum
domino regnaturi. Vita quae significat qua-
dragesima ante pascha modo habet: vita quae
significat quinquaginta diebus post resur-

rectionem non habet sed sperat et sperando
amat. Et in isto amore deus qui promissit ista
laudat: et ipse laudes alleluia sunt. Quid est
enim alleluia? Verbum est hebraicum. Alleluia
laudate dominum: Alleluia laudate deum. Pro-
namus et inuicem nos excitemus ad laudandum
deum: nec non cordibus melius quam cithara cor-
dis dicimus laudes. Deo canamus alleluia:
et cum cantauerimus: propter infirmitatem recedi-
mus ut corpora reficiamus. Quare reficimur
nisi quia deficiamus? Deinde tanta est infirmi-
tas carnis: tanta huius vitae molestia: ut que-
